

New York  
State College of Agriculture  
At Cornell University  
Ithaca, N. Y.

---

Library

---

DATE DUE


DEC 16 1971


RETURN TO  
**ENTOMOLOGY LIBRARY**  
 Cornell University  
 Ithaca, N. Y.

QL591

M36

LP






185

---

ENTOMOLOGIA BRITANNICA.

TOMUS I.

---





# ENTOMOLOGIA BRITANNICA,

SISTENS

INSECTA BRITANNIÆ INDIGENA,

SECUNDUM

METHODUM LINNÆANAM

DISPOSITA.

---

AUCTORE

*THOMÁ MARSHAM,*

SOC. LINNÆAN. LONDINENS. THESAURARIO,

NECNON SOCIET. LITERAR. ET PHILOSOPH.

MANCUNII SOCIO HONORARIO.

---

TOMUS I.

*COLEOPTERA.*

---

LONDINI:

TYPIS WILKS ET TAYLOR,

PROSTAT VENALIS APUD J. WHITE, FLEET-STREET.


1802.

Georg Samouelle

@  
DL591

m36.

@ 39845



Refers  
/o

SOCIETATI LINNÆANÆ LONDINENSI

OPUSCULUM HOC

IN PIGNUS

AMORIS SUI, BENEVOLENTIÆ, OFFICII,

SUMMÂ ANIMI REVERENTIÂ

UTI PAR EST,

D. D. D.

THOMAS MARSHAM.

*Whitcomb's Medley 8/10 1810 S. 113. m. 10. p. 48.*



---

## LECTORI S.

---

**Q**UICUNQUE opus suum publici juris facit, rationes quibus inductus hoc ausit, lege quâdam coactum sese sentit exponere. Neque in ullo opere, lector amicissime, hoc magis necessarium fore putes, quam in illo quod jam in manibus habes. Quot enim libri de Re Entomologicâ jamjam evulgati fuerunt, insecta omnia quæcunque singulis scriptoribus innotuerint proponentes, quæ quidem illi ineptè sperabant numerum insectorum totius orbis terrarum explevisse: tum etiam quot Faunas diversarum regionum habemus, suarum terrarum insecta fideliter, quantum licuit, recensentes. Apud nos verò Entomologia parum subsidii accepit. Raius quidem de paucis admodum insectis nos certiores fecit. Pennant autem in *Zoologiâ* suâ, opere pereximio, ad animalia solummodò grandiora animum flexit, insecta omninò negligens.

Multis igitur abhinc annis mecum cogitabam de describendis Britanniae insectis, parum existimans quantum laboris susceperim. Dum enim opus Berkenhoutii, quod tenuis ille *lineas exteriores rei naturalis* nuncupaverat, tum etiam Forsteri catalogum insectorum Britannicorum, vix plusquam mille continentem, versabam, sperabam sanè, me intra duos aut saltem tres annos opus talismodi ad finem perducturum fore. Nec mora memet accinxi. At citiùs me de magnitudine operis deceptum dolui. Specimina profectò in variis Londini collectaneis asservata, rationem ferè excedebant: tum si quà iter ruri facerem, tot nova indies insecta ante oculos ubique volitabant, quòd quid agerem, planè nescirem. Opus nimis difficile, quam quod aliquis tantis negotiis domesticis alienisque, quibus ego tunc temporis obrutus laborabam, ad exitum felicem perducatur, seriò visum est.

Interea autem tentamen meum amicis quibusdam cognitum fuerat. Hi, ne deficerem, strenuè hortari, et isto aures personare,

*Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.*

Tum suasum est, consilium paululùm immutare; viz. vice omnes septem ordines insectorum uno opere complectendi, Coleoptera solummodo primum elaborare, et mox ad Hemiptera et ad cæteros ordines progredi: hâc lege autem, quòd haud aliquem

quem novum ordinem libeat adire, priusquam illum qui præcessit, probè perspectum et delineatum habuerim. Huic proposito lubentius cessi. Opus igitur habes, lector amicissime, per multos licet annos elaboratum, imperfectum tamen: Neque etiam spes est ad umbilicum perducendi, quippe indies nova specimina etiamnum inveniuntur; et quid fructus ex boreali insulæ nostræ regione, Entomologiæ fas sit recipere, omninò latet.

Quod ad dispositionem rerum spectat, plerumque illum summum ducem Linnæum, rei naturalis lumen beatissimum, secutus fui. Illius opera verè aurea, *Systema Naturæ* et *Faunam Suevicam*, naturæ scilicet apprimè consona, in conspectu nocte dieque habui, ardens, si potis sit, in majus provehere. Cumque hoc mihi persuasissimum fuerit, quod multiplicatio systematum artificialium ad impediendum potius quam accelerandum aut promovendum naturæ studium aptior sit, (neque systema verè naturale hominis est nostri temporis aut excogitando invenire aut sperare) melius duxi priscum Linnæi Systema perfectius reddere conari, quam novum ambitiosus extundere. Hoc idem fecit sedulus ille investigator, Baro de Geer, Sueciæ ornamentum. Confirmavit animum doctissimus D. Villars, qui varia apud alios scriptores genera insectorum ad normam Linnæanam reduxit, et cuique locum inter genera Linnæi

suum dedit. Gmelin idem voluit facere, at infelicior evasit. Inter præmissa ad *Bigas Insectorum* Linn., hæc etiam observatio sese obtulit :

“ Plurima insectorum genera jam tum esse detecta, observamus, eorum consideratâ historiâ.  
 “ Dom. Doct. Thunberg, qui singularem omninò operam rebus impendit entomologicis, per literas commemorat, se sub triennii ad Caput Bonæ Spei vix ullum genus novum reperire potuisse ;  
 “ et longius latiusque peregrinatus Dom. Doct. Forster, qui regiones invisit circa polum antarcticum sitas, neque ibi nova insectorum genera, sed paucissimas tantummodò species se deprehendisse, narrat. Unde patet, genera insectorum nova admodum esse rara, nisi ante cognita quispiam vellet separata, ut *Hydroum* a *Dytiscis*, *Ipsidem* a *Dermestibus*.”

Hæc duo genera et ipse adscivi ; *Hydroum* quidem cum recentioribus scriptoribus *Hydrophilum* nominans : quippe ex Linnæi ipsius MSS. quæ mecum amicissimus D. Smith musæi Linnæani possessor liberalis communicavit, hæc genera a se in proximâ Systematis editione conscribenda fore patet.

*Systema Entomologiæ* Fabricii, tum plurima alia opera hujusce verè indefessi auctoris, quæ prælum per hos proximos annos mirè effudit, præcipuè me, quo minus hoc opusculum in lucem edam, tardaverunt.



ardaverunt. Quamvis enim nolo illius systemati incumbere, neque omnia genera quæ nimis curiosè efformavit, meo operi adsciscere (neque enim, palam fateor, me posse, qui sint generum istorum certi limites satis exploratum habere), at synonyma ejus conferre in animo fuit, ut illis, quibus ejus classificatio placet, liceat intelligere, quænam insecta descriperim, et quem locum in Syst. Fabriciano sibi quodque vindicet. Hâc etiam ratione, synonyma aliorum auctorum, quâ potui, (omissis quibusdam antiquioribus et jam præ vetustate obsoletis,) adscripsi; nec memorem, quanto labore, quò temporis dispendio, demum collata fuerint. At Systema Linnæi sperabam utilius reddere, ideoque laboris necquicquam me pœnituit. Ausus sum porrò paucula quædam nova genera effingere, quæ insecta cum Linnæana, tum plurima nuper inventa, justiori concinniorique serie instruantur.

In ordine Coleöptera, Linnæus 33 genera tantùm, *Ipe* et *Hydrophilo* inclusis, scripsit: his ego 16 nova addidi. In *Entomologiâ Systematicâ* Fabricii, genera, omissâ *Forficulâ*, ad numerum 117 augentur. In *Supplemento* ejus, 7 alia adjiciuntur. Omnia hæc 124 sedulò perlegere, siquidem in dubio hæreas quis sit alicujus animalculi locus, opus erit perdifficile et ingratisimum. Huic etiam tædio forsitan memet subjecerim, modo hæc classificatio

sificatio omnibus placuerit. At res longè aliter sese habet. Nam quisque novus auctor hactenus inventa dividit, et divisa subdividit adinfinitum.

Defectus Systematum artificialium indies magis patet. Argumentum hujusce rei ex Systemate Fabricii unius sumas: nam quicumque operam insumet varia ejus opera evolvendi et conferendi, mutationes in omnibus perpetuas generum inveniet: adeò ut qui ad primum Fabricii opus insecta sua sollicitus digesserit, òbstupebit sanè, si quà in musæum inciderit ad posteriora ejus opera designatum: novos ordines, nova genera, nova nomina ubique immutata inveniet.

Veruntamen hâc confusione nihil obstante, plurimi auctores per Europæ continentem, Systema Fabricii plerumque sequi nituntur; omnes autem auctores mutationes suas et additamenta sua, nec parcâ manu, inferunt. At si reverà omnes hi auctores genera sua ad instrumenta cibaria effinxerunt, dolet me sanè meos oculos, licet etiam optimè armatos, non posse has partes minutas detegere, saltem adeò ut depingam: minimè quidem in minutis insectis, neque etiam in grandioribus post mortem, absque dissectione. Quis autem unicum insecti rarioris specimen dissectioni tradat? Quid igitur valeat methodus cui tot difficultates obstant undique? Os, cujus partes facilè sine dissectione distinguendæ

guendæ sunt, in usum generis formandi in nonnullis cogendum debere, sententiam meam ascribo. Linnæus ipse quorundam generum characterem inde desumpsit. In ordine Hymenoptera characteres ex aculeis sumptos cuique generi assignavit: intereà confitendum est, si cuidam curæ sit studium scientiæ facile reddere, imprimis characteres quam maximè conspicuos proferat.

Alteri etiam hæc nova Fabricii aliorumque Systemata objectioni patent; viz. quod nomen generis ab alio auctore dati assumunt, et insecta descriptionis longè diversæ ac auctor ipse adstruxerat, sub eodem collocant. Neque hoc tormenti sufficit, quin et insecta quæ olim sub genere suo auctor ille cooptaverat, hi officiosi investigatores ad novum genus et novum nomen amandant. Exempli gratiâ, in genere *Byrrbus* Linnæi: hujus veri *Byrrbi*, a Fabricianis *Anthreni* denominantur, excepto qui dicitur, ut illi opinantur, *Byrrbus Pilula*. Hoc autem insectum certo certius aut nobis incognitum, aut ex errore malè acceptum fuit. Nam in *Faunâ Sueciâ*, N° 427. ad quam in *Systemate Naturæ* relatio habetur, *Byr. Pilulam* describit illustrissimus vir ad hunc modum: “ Magnitudo dimidii pisi, s. *Coccinellæ*, ejusdemque figuræ, sed colore omninò “ murino, s. ex nigro fusco: thorax glaber nitidior. “ Elytra vix manifestè striata; saltat pedibus.”

Huic

Huic descriptioni *Byrrhus Pihula* hodiernorum auctorum minimè convenit. Nam neque *Coccinellam* staturâ refert, neque quisquam alicubi prosilientem vidit. Hoc insectum est *Cistela fasciata* Forsteri *Centuriæ*, et in Linnæi ipsius musæo hoc nomen præ se fert Forsteri manu scriptum. Apud Geoffroyum *Cistela satinée* audit. Vetus nomen ego reddidi ut ratio jubet, et lex artis nostræ.

Nomen *Ips* perillustris De Geer primus instauravit, quod genus *Dermestes* quosdam Linnæanos amplectitur, quam mutationem Linnæus ipse comprobavit prout antedictum est: at quod genus De Geer *Ips* nominaverat, ei Fabricius nomen *Bostrichus* imposuit. Huic mutationi forsán venia danda foret, ecce autem quid inde evenit! Fabricius etiam generi cuidam nomen *Ips* dedit: idem etiam Olivier fecit; at insecta quæ sub genere *Ips* Olivier conscivit, longè a Fabricianis eodem nomine vocatis abhorrent; et insecta utriusque auctoris, ab istis a De Geer ita nominatis, toto cælo discrepant. Genus *Ips* Olivieri sub tria genera, *Collydium* scilicet *Hypopblæus* et *Lyctus*, digeritur in Fabricii *Entomologiâ Systematicâ*; in prioribus autem Fabricii operibus sub *Bostrichus*, *Anobium*, *Hispa* et *Scarites*: quorum ne unum quidem quod ad partes oris spectat, cum *Ipe* Fabricii

bricii constat; neque etiam unum cum altero convenit. Confusio quotuplex!

Alia itidem res in Fabricii operibus animum distrahit: nempè, quod non solum genera perpetuò in alia nova dividit, sed divisa in locos maximè dissitos transfert. Exempli gratiâ, in *Systemate Entomologiæ* genus *Scarabæus*, in *Scarabæus*, *Trox*, *Melolontha*, *Trichius* et *Cetonia* dividitur, quæ genera ibi rectâ serie connexa deducuntur, quasi catenatim. At in *Entomologiâ Systematicâ*, *Scarabæus* 2do loco ponitur, *Trox* 7mo, *Trichius* 75to, *Cetonia* 76to, et *Melolontha* 77mo: hæc tria ultima genera in 2dam partem voluminis detruduntur. In *Supplemento* suo tria alia genera nova construxit, nempè *Geotrupes*, *Onitis* et *Copris*: ita octo genera ex uno *Scarabæus* Linnæi, (et quot alia mox prolaturus!) protulit vir eximius, mirè indies oculatior.

*Scarabæus cylindricus* Linn. a Fabricio ad genus *Synodendron* amandatur, consociandus cum *Dermeste Capucino* Linn.: cui, me iudice, ne minnimam quidem jactet affinitatem. Nam reverà Lucanus est: hoc vultus, habitus, œconomia monent. In hanc sententiam Scopoli et Laicharting ibant. Re probè perpensâ, visum est mihi genus *Scarabæus* integrum asservare, et in tres familias, prout De Geer voluit, dividere, Naturâ ipsâ duce et auspice.

Genus *Chrysomela* receptaculum insectorum dubiorum

biorum potius quam genus absolutum haberi voluit Linnæus. Fabricius, et rectè quidem, *Chrysomelas* Linnæi sub diversa genera disposuit: infelix autem opere in summo fuit, quippe quæque sua publicatio recentior nomina priora mutata adhibuit. Genus quod in primo opere suo *Chrysomela* audit, in 2do *Altica*, in 3tio autem *Galleruca* evadit. Genus quidem *Galleruca* Fabricii insecta plurima complectitur, namque haud tantùm quædam ex 1mâ, 2dâ et 4tâ familiis *Chrysomelæ* Linnæi continet, quin et quædam *Chrysomelæ* et *Alticæ* suorum priorum operum. Fatendum est, quod errores suos alicui Indies detur detegere, et sapientis est detectos corrigere: at procul dubio partes oris insectorum (cum DEI OPTIMI MAXIMI IMMUTABILIS manu facta fuerint) nequeunt per se aut alium quempiam mutari. At varias formas induere visæ sunt Fabricio. Liquet igitur, instrumenta cibaria cùm sint, aut nimis minuta quam quæ satis conspiciantur, aut interdum ex casu quodam latent, aut injuriæ obnoxia sint, ideoque formas novas videantur assumere, ne minimè quidem, undè characteres stabiles fidendique excudantur, apta fore. Et adhuc magis mirandum est, quod duo viri tam docti, tam oculati quam Fabricius et Olivier meritò dicantur, cum unum idemque animalculum de industriâ describerent, adèd a se invicem discreparent de formâ situque harum

harum partium oris minutarum. Hæc discordia, confusio atque immutatio generum non solum tyroni quamplurimum impedimenti objicit, verum etiam plurimos, quorum animus huc impulsus fuerit, a scientiâ Entomologiæ omninò deterret.

Quin et hæc classificatio, cum Linnæanâ nihilo conferenda, vel in limine ipso titubat. Exempli gratiâ, Terminus *Coleoptera* (hunc ordinem magis libet proferre, cum hujusce solummodo in præsens satagimus) facilè quodque insectum sub hoc ordine comprehendendum innuit. Quâ igitur ratione apud hosce novos auctores in *Eleuterata* mutatur? Terminus *Eleuterata*, modò rectè intellexerim, a maxillis sumitur, oris parte minimè conspicuâ, et sæpiùs, nisi ad injuriosam dissectionem res redit, aciem oculorum prorsus fugiente. Et indè ad aliam observationem ducimur. Maxillæ, prout a Fabricio designantur, non eam oris partem constituunt quam Linnæus hoc nomine innuerat, et quam in opere suo, cui titulus, *Fundamenta Entomologiæ*, Andreas Johannes Bladh tam accuratè descripserat. Hæ autem *maxillæ* a Fabricio *mandibulæ* vocantur. Olivier in opere suo pereximio *Entomologie, ou Histoire Naturelle des Insectes*, quod quidem tam diu suspensum fuisse, sæpiùs modò non lacrymans dolui, classificationis Linnæanæ vestigiis plerumque innititur: (præterquam quod Hemiptera in duos ordines dividit): at ille etiam numeros generum, licet Fabricio modestior

mirè auxit, et characteres sumpsit ex instrumentis cibariis, quorum icones seorsim adumbratorum auctas exhibet in imâ cujusque generis tabulâ. Cui autem bono hæ erunt, nisi si imprimis in vivis animalibus liceat eadem sine molestiâ conspicerere.

Egomet ipse vim animi indomitam industriamque Olivieri, dum adhuc apud nos commorabatur, vidi. At nunquam, characteres generum ex partibus oris nimium minutis sumi feliciùs aut posse aut debere, induxi animum. Palam professus sum, me nunquam genera Linnæi adeo naturæ consentanea mutari pati posse. Nova genera ad nova Insecta digerenda necesse confingantur. At nisi—

—————*Dignus vindice nodus*

*Intersit—*

prisca genera, prisca nomina suo maneant ordine, et suo jure gaudeant. Vellem sanè operibus tantorum virorum, tanto labore, et in plurimis locis tanto judicio confectis, laudem summam dare. Utpote autem suadeam aliis, quod hi libri studium Entomologiæ facilius reddant, cum egomet ipse nequeo satis intelligere?

Plurimum me fefellit editio *Faunæ Suevicæ* a Don. Gustavo Paykull vulgata. Confusionem ab antecessoribus illatam adhuc magis auget. Nam vir illustris, alumnus quamvis Linnæi, systema Fabricii anteponit, et magistrum suum immortalem rejicit: et quasi hoc leve foret, cum synonyma auctorum citat, primo loco Fabriciana sistit, deinde



inde, licet ut ætate prior, sic scientiâ, dignitate, judicio, longè decem mille Fabricios superet, Linnæi synonyma, proh pudor ! inferiori ordine dinumerat. At judicent populares sui. Me iudice, scientiam Entomologiæ ne minimè quidem in majus provexit iste Paykull. Varietates specierum undique cogere, mentem apprimè visum est occupare, et opusculum ejus quidem varietatibus temerè adsutis, abundat. Hæc constrictio multorum insectorum sub uno nomine triviali coactorum, rem valdè perturbat : nam quæ insecta constanter, etiamsi in variis terrarum regionibus capta, easdem notarum differentias præ se ferunt, haud ea insectorum aliorum, quæ essentialiter signis omnibus differunt, varietates voco.

Quæ de hisce Entomologis, verè laudandis, viris, Fabricio et Oliviero ausus sum proferre, invitus sanè dixi. Nam neque mei est, neque cordi est, alterutri bona sua detrahere. Scio quod illorum labor fuit major quam qui verbis exprimi possit ; et fautores scientiæ, pro summâ illorum industriâ de tantum (verè mirabilem) numerum insectorum ex variis Europæ musæis colligendo et verbis tam fideliter exponendo, nequeunt par referre. Neque hoc meum tenue opusculum, (quod vero nomine tentamen potiùs dicatur) cum illorum grandioribus operibus ausus sum conferre. Characteres, quibus genera sua distinxerunt, uti nimium difficiles quam

qui usui tyronum accommodentur, (hoc ferè unicum) reprobò. Vellem sanè scientiam Entomologiæ præ cæteris mihi jucundam, faciliorem reddere. Vellem difficultates tollere, viam planiorem instaurare, quo alios ad hoc studium alliciens, et quasi blandiens, adducam. Hoc in animo habens pauca quædam genera ab aliis scriptoribus conscripta cooptavi, et duo nova ipse addidi catalogo Linnæano. At forsàn spes me fefellerit, et in errores majoris momenti inciderim, quam quos studerem corrigere. Si ita res sese habeat, liceat mihi exclamare, “ *Humanum est errare,*” et veniam tuam, lector amicissime, huic meo primo tentamini suppliciter orare.

Genera quæ addidi, præter *Ips* et *Hydrous*, (*Hydrophilus*) quæ, uti antedictum fuit, Linnæus ipse in MSS. proposuerat, sunt hæc :

<i>Cistela</i>	<i>Tillus</i>
<i>Corticaria</i>	<i>Scaphidium</i>
<i>Nitidula</i>	<i>Glerus</i>
<i>Boletaria</i>	<i>Pyrochroa</i>
<i>Opatrum</i>	<i>Parnus</i>
<i>Cryptocephalus</i>	<i>Heterocerus</i>
<i>Auchenia</i>	<i>Blaps</i>
<i>Crioceris</i>	<i>Lytta.</i>

Genus *Cistela*, uti prius monui, a Geoffroyo et Forstero sumitur : *Auchenia* a Thunbergi dissertatione,

tionem, cui titulus *Periculum Entomologiæ quo Characteres Generum Insectorum publicæ censuræ proponit Samuel Torner*. *Corticaria* ita dicitur, quia insecta hujus generis omnia in corticibus arborum habitant: *Boletaria* pariter, quia in variis boletorum speciebus inveniuntur. Cætera genera ab Oliviero et Fabricio mutuatus sum, illorum nomenclaturæ succumbens, meâ, ne confusio subministrem, posthabitâ.

Supervacaneum foret plura dicere. At saltem liceat gratias agere amicis summis meis, et publicè agnoscere, quale subsidii in hoc opere conficiendo accepi. Gaudeo quidem, necnon superbio memorans — Imprimis, honorabili admodùm Josepho Banks, baronetto, ordinis balnei equiti, Reg. Soc. præsidi, gratias ago summas pro liberali benevolentia, quâ studiosos rei naturalis largus amplectitur, me etiam inter cæteros. Ex hujus favore, libris bibliothecæ suæ, præ omnibus aliis copiosæ, uti licuit; tum etiam collectanea sua insectorum, ad Fabricii methodum a seipso digestorum inspicere, undè occasio data est plurima Fabricii insecta rectiùs dignoscendi, et plurimos libros evolvendi, haud alibi apud nostrates reperiendos. Amico summòpere estimando, Jacobo Edvardo Smith, M. D. F. R. S. societatis Linnæanæ Londinensis præsidi, et thesauri illius nimiùm invidendi, musæi Linnæani possessori agnosco lubens, quâ animi

promptitudine musæum suum, tum varias observationes illustrissimi Linnæi MSS. consulendi facultatem dedit. Plurimos indè errores detexi, et multum lucis studio insectorum dare potui. Suas etiam observationes, quodcumque consilium peterem, communicavit vir doctissimus, verè amicus.

Utinam alterius amici nomen palam proferre liceret, qui mecum sæpissimè in colligendo laboriosus, in describendo collecta felix, corrigendo hallucinationes meas cæterorumque patiens, et totius operis negotium perpendendo sobrius, haud mediocre auxilii mihi attulit. At vir doctissimus gavisus sanè opem huic tentamini tulisse, satis præmii ait se accepisse, neque se ultra palam memorari sinet. Reverendum Gulielmum Kirby, soc. Linn. socium, qui plurima mihi obtulit, summo operis commodo, descripsitque insecta, antehàc haud cognita indigenas esse Britanniaë, pari animo, paribus gratis excipio.

Amico summo meo nequaquam nimis laudando, et in hoc opere instruendo tædii mecum participi indefesso, Alexandro MacLeay armigero, soc. Linn. socio, omnia quæ gratus animus excogitet, vellem dicere: scilicet illius ingenio, quod nullus labor, nulla impedimenta potuerunt frangere, debeo hujusce operis plurimum, si qua sit, excellentiæ. Ille plurima mecum descripsit, varia genera speciesque mecum investigavit, summo animi acumine.

mine. Ille etiam præli errores castigavit patientissimus, unde haud tenue nostro libello affulget decus.

Gratias ago amicis qui sequuntur, pro benevolentia quâ me persecuti sunt, mutuum dando specimen insectorum rariora, et collectanea sua otiosè inspicere permittendo, viz,

Reverendis J. Burrell,	G. Jones,
R. B. Francis,	A. B. Lambert,
P. Lathbury,	J. Latham, M. D.
J. Lyon,	— Latham,
Dominis Bracy Clark,	G. Milne,
E. Donovan,	— Scrimshire,
D. Drury,	G. Shaw, M. D.
J. Francillon,	R. Sheppard,
A. H. Haworth,	J. Sowerby.

Quin et memorem paucos quosdam, jam inter beatos, a quibus auxilium variè accepi. (scientia ipsa horum mortem dolet) nempe Dom. Beckwith, cujus musæum pretiosum sanè, jamdudum Domino Allen cessit — Dom. Lee — Dom. Lewin, cujus collectanea hodie Dom. MacLeay possidet — et præcipuè Gulielmum Curtis, heu nimis deflendum, auctorem *Floræ Londinensis* et *Botanical Magazine*, quæ quidem erunt famæ ejus monumenta ære perenniora.

Dominus Gray, M. D. cui cura Musæi Britannici commissa est, gratias meas jure quodam sibi postulat,

lat, qui collectanea J. R. Forster, atque alia aliorum in illo repositoio, quod satis mirari non potis est, seposita, mihi adeundi copiam fecit.

Postremas, at non minimas gratias habeo Dominæ Hill, ex Tawstock in agro Devoniensi, fœminæ, sexûs sui ornamento; quæ summâ de industriâ collegit, parilique benevolentîâ communicavit plurima insecta rariora, quæ catalogum nostrum splendidè nobilitaverunt: Insecta, quæ licet ager Devoniensis jactet haud parcâ protulisse manu, vicinia Londini ne extitisse quidem speraverit.

Dabam Londini,  
Idibus Junii, 1802.

# AUCTORES

IN OPERE SEQUENTI CITATI.

- Act. Acad. Suec.*—Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens Handlingar. Stockholm, 1739, &c. 8vo.
- Act. Nidros.*—Det. Trondhiemske, Selskabs Skrifter. Kiöbenhavn 1761, &c. 8vo.
- Admiral.*—Jacob L'Admiral Veranderingen van veele Insekten. Amsterdam 1774. fol.
- Alb. Ins. Ang.*—Insectorum Angliæ Naturalis Historia illustrata Iconibus in centum Tabulis Æneis eleganter ad vivum expressis, &c. Auctore Eleazare Albin. Londini 1731. 4to.
- Aldrov. Ins.*—De Animalibus Insectis Libri septem, Autore Ulysse Aldrovando. Bonon. 1602. fol.
- Barbut. Gen. Ins.*—The Genera Insectorum of Linnæus, exemplified by various Specimens of English Insects, drawn from Nature by James Barbut. London 1781. 4to.
- Bergstr. Nomencl.*—Nomenclatur und Beschreibung der Insekten in der Grafschaft Hanau-Münzenberg, von Joh. Andr. Benignus Bergstraesser. Hanau 1778. 4to.
- Bonsd. Cur. Suec.*—Historia Naturalis Curculionum Suecicæ. Pars prima et secunda. Auctor Gabriel briel Bonsdorff, &c. &c. Upsaliæ 1785. 4to.
- Bradl. Natur.*—A philosophical Account of the Works of Nature. &c. by Richard Bradley. London 1739. 8vo.
- Brabm. Ins. Kal.*—Insekten von-Kalender. Nicolaus Joseph Brahm. Mainz. 1790. 8vo.
- Daubent. P. enlum.*—Planches enluminées, par Daubenton le jeune. fol.

- De Geer.*—Mémoires pour servir à l'Histoire des Insectes, par Charles De Geer. Stockholm 1752. 7 tom. 4to.
- Don. Brit. Ins.*—The Natural History of British Insects, explaining them in their several States, illustrated with coloured Figures, &c. By E. Donovan. London. 8vo. 10 vol.
- Drury.*—Illustrations of Natural History, by D. Drury, London 1770. 4to, 3 vol.
- Ephem. Nat. Cur.*—Ephemerides Academiae Cesareae Naturae Curiosorum. 4to.
- Ent. Helv.*—Entomologie Helvétique, ou Catalogue des Insectes de la Suisse, rangés d'après une nouvelle Méthode, avec Descriptions et Figures. Vol. i. Zurich 1798. 8vo.
- Fab. Syst. Ent.*—Jo. Christ. Fabricii Systema Entomologiae, sistens Insectorum Classes, Ordines, Genera, Species, &c. &c. Flensburgi et Lipsiae 1775. 8vo.
- Fab. Sp. Ins.*—Jo. Christ. Fabricii Species Insectorum, &c. Hamburgi et Kilonii 1781. 2 tom. 8vo.
- Fab. Mant.*—Jo. Christ. Fabricii Mantissa Insectorum, &c. Hafniae 1787. 2 tom. 8vo.
- Fab. Gen. Ins.*—Jo. Christ. Fabricii Genera Insectorum, &c. Chilonii. 8vo. 1776.
- Fab. Ent. Syst.*—Jo. Christ. Fabricii Entomologia Systematica emendata et aucta. Hafniae 1792. 4 tom. 8vo.
- Fab. Supp.*—Jo. Christ. Fabricii Supplementum Entomologiae Systematicae. Hafniae 1798. 1 tom. 8vo.
- Faun. Etrusc.*—Fauna Etrusca, sistens Insecta quae in Provinciis Florentinae et Pisanâ praesertim collegit Petrus Rossius. Liburni 1790. 4to.
- Faun. Fred.*—Fauna Insectorum Fridrichsdalina, sive Methodica Descriptio Insectorum Agri Fridrichsdalensis, &c. Hafniae et Lipsiae 1764. 8vo.
- Faun. Ingr.*—Faunae Ingricae Prodromus, exhibens Methodicam Descriptionem Insectorum Agri Petropoliensis, &c. Auctore Johanne Cederhielm. Lipsiae 1798. 8vo.
- Faun. Suec.*—Caroli Linnæi Fauna Suecica, Editio altera auctior. Stockholmiae 1761. 8vo.
- Forst. Cent.*—Novæ Species Insectorum, Centuria 1. Auctore Joanne Reinoldo Forstero, Londini 1771. 8vo.



- Fourc. Ent. Par.*—Entomologia Parisiensis, sive Catalogus Insectorum quæ in Agro Parisiensi reperiuntur, &c. Edente A. F. Fourcroy, M. D. Parisiis 1785. 12mo. 2 tom.
- Frisch.*—Johann Leonhard Frischs Beschreibung von allerley Insekten in Deutschland. Berlin 1766. 4to.
- Fuesl. Arch. ed. Gal.*—Archives de l'Histoire des Insectes publiées en Allemand par Jean Gaspar Fuesly, traduites en François. Winterthur 1794. 4to.
- Fuesl. Nov. Mag.*—Neues Magazin für die Liebhaber der Entomologie, herausgegeben von Joh. Caspar Fuesly. Winterthur 1782. 8vo.
- Geoff.*—Histoire Abrégée des Insectes, dans laquelle ces Animaux sont rangés suivant un Ordre Méthodique, par M. Geoffroy, M. D. Paris 1764. 4to. 2 tom.
- Gleich. Obs. Micros.*—Découvertes les plus Nouvelles dans le Règne Végétal, ou Observations Microscopiques, traduit de l'Allemand de Baron de Gleichen par Jacques Frederic Isenflamm, &c. Nurnberg 1770. fol.
- Gmel.*—Caroli a Linné, Systema Naturæ per Regna Tria Naturæ. Editio decima tertia, aucta, reformata, curâ Jo. Frid. Gmelin. Lipsiæ 1788. 8vo. 3 tom.
- Goeze.*—Entomologische Beyträge zu des Ritters Linné Zwölften ausgabe des Natursystems, von Joh. Aug. Ephraim Goeze. Leipzig 1777. 8vo.
- Gronov. Zooph.*—Laurentii Theodori Gronovii Zoophylacii Gronoviani, Fas. 1. 2. 3. Lugd. Bat. 1763. 1764. 1781. fol.
- Harr.*—Georg. Albrecht. Harrers Beschreibung derjenigen Insecten welche Herr D. Jacob Christoph Schæffer in cclxxx ausgemahlten Kupfertafeln herausgegeben hat. Regensburg 1784. 8vo.
- Hellw.*—Fauna Etrusca, &c. iterum edita et Annotatis perpetuis aucta, a D. Joh. Christ. Lud. Hellwig. Helmstadii 1795. 8vo.
- Herbst. Arch.*—Archiv der Insectengeschichte herausgegeben von Johann Caspar Fuesly 4. 5. 6. 7. 8. heft. Herbsts Insektensammlung.
- Herbst. Jablonsk.*—Natursystem aller bekannten in- und ausländischen Insecten, &c. von Carl. Gustav. Jablonsky,

- Jablonsky, und fortgesetzt von Johann Friedrich Wilhelm Herbst. Berlin 1789. &c. 8vo.
- Hoefn. Ins.*—Diversæ Insectorum Volatiliū Icones ad vivum accuratissimè depictæ per celeberrimum Pictorem D. G. Hoefnagel. 1630.
- Hoppe Ins. Erl.*—David. Henrici Hoppe M. D. Enumeratio Insectorum Elytratorum circa Erlangam Indigenarum. Erlangæ 1795. 8vo.
- Ins. Helv.*—Joh. Gaspar Fueslins Verzeichnis der Schweizerischen Insekten. Zürich und Winterthur 1775. 4to.
- Jonst. Hist Nat. Ins.*—Historiæ Naturalis de Insectis Libri 3. Amstelodami 1657. fol.
- Iter Gotl.*—Carl Linnæi Gothländska resa. 1741. 8vo.
- Jablonsk. Coleopt.*—Natarsystem aller bekannten in- und ausländischen Insecten, &c. von Carl Gustav Jablonsky. Berlin 1785. 8vo.
- Illiger. Kugel. Kaf. Preus.*—Verzeichniss der Käfer Preussens entworfen von Johann Gottlieb. Kugelann, ausgearbeitet von Johann Karl Wilhelm Illiger. &c. &c. Halle 1798. 8vo.
- Knoch.*—Beiträge zur Insektengeschichte von August Wilhelm Knoch. Leipzig 1781. 8vo.
- Laich. Ins. Tyr.*—Johann Nepomuk Verzeichniss von Laicharting der Tyroler Insecten. Zurich. 1781. 8vo.
- Lin. Amœn. Acad.*—Caroli a Linnè Amœnitates Academicæ, Volumen Sextum. Holmiæ 1763. 8vo.
- Linn. Syst. Nat.*—Caroli a Linné Systema Naturæ per Regna Tria Naturæ. Editio decima tertia. Vindobonæ 1767. 3 tom.
- List. Goed.*—Johannes Goedartius de Insectis in Methodum redactus. cum Notularum Additione, operâ M. Lister. Londini 1685. 8vo.
- List. Ins. Angl.*—Mart. Lister Scarabæorum Anglicanorum quædam tabulæ mutæ, editæ cum ejus Goedartio in methodum redacto. Londini 1685. 8vo.
- Lyon. Less. Theol. Ins.*—Theologie des Insectes, ou Demonstration des Perfections de Dieu dans tout ce qui concerne les Insectes. Traduit de l'Allemand de Mr. Lesser, avec des Remarques de Mr. Lyonnet. A la Haye 1742. 8vo.

- Mart. Eng. Ent.*—The English Entomologist, exhibiting all the Coleopterous Insects found in England, &c. by Thomas Martyn. London 1792. folio.
- Merian Ins. Eur.*—Erucarum Ortus, Alimentum et Paradoxa Metamorphosis, &c. per Mariam Sibillam Merian. Amstelodami. 4to.
- Mouff. Theat. Ins.*—Insectorum sive Minimorum Animalium Theatrum Tho. Mouffeti. Londini 1634. folio.
- Mus. Lud. Ulric.*—Car. von Linné Musæum Ludovicæ Ulricæ Reginæ. Holmiæ 1764. 8vo.
- Oliv.*—Entomologie, ou Histoire Naturelle des Insectes, avec les Caractères génériques et spécifiques, &c. Par M. Olivier, M. D. A Paris, 1789. 4to. 4 tom.
- Pall. Icon.*—Icones Insectorum præsertim Rossicæ Sibiricæque peculiarum, quæ collegit et Descriptionibus illustravit Petrus Simon Pallas, M. D. Erlang. 1781. 4to.
- Panz. Ent. Germ.*—Georg. Wolfg. Franz. Panzeri Entomologia Germanica, exhibens Insecta per Germaniam Indigena, &c. Norimbergæ 1795. 12mo.
- Panz. Faun. Germ.*—Faunæ Insectorum Germanicæ Initia. D. Georg. Wolfgang. Franz. Panzer. Nurnberg 1798. &c.
- Panz. Voet.*—Joannis Eusebii Voet Icones Insectorum Coleopterorum, &c. illustravit D. Georg. Wolfgang. Panzer. &c. Erlang. 1794. 4to.
- Payk. Monog.*—Monographia Staphylinorum Sueciæ a Gustavo de Paykull. Upsaliæ 1789. 8vo.  
Monographia Caraborum Sueciæ. 1790.  
Monographia Curculionum Sueciæ. 1792.
- Payk. Faun. Suec.*—Gustavi Fauna Suecica. Insecta. Upsaliæ. 3 tom. 8vo.
- Petagn. Ins. Cal.*—Vincentii Petagnæ Specimen Insectorum Ulterioris Calabriae. Francofurti et Moguntiae 1787.
- Petiv. Gazoph.*—Jacobi Petiver Gazophylacium Naturæ et Artis. folio.

- Pod. Mus. Græc.*—Nicolai Poda. Insecta Musei Græcæ censis. Græcii 1761. 8vo.
- Pontop. Dan. Atl.*—Den Danske Atlas ved Erich Pontoppidan. Kiöbenhavn 1763, 1764, 1767. 4to. 3 tom.
- Preys. Bob. Ins.*—Johann Daniel Preysler Verzeichniss Böhmischer Insekten. Prag. 1790. 4to.
- Rai. Ins.*—Historia Insectorum, Autore Johanne Raio. Londini 1710. 4to.
- Reich. Mant. Ins.*—Mantissæ Insectorum Iconibus illustratæ, Species Novas aut nondum depictas exhibentis, Fasc. I. Autore Godofredo Christiano Reich, &c. Noribergæ 1797. 8vo.
- Roem.*—Genera Insectorum Linnæi et Fabricii Iconibus illustrata a Joanne Jacobo Roemer. Vitoduri Helvetorum 1789. 4to.
- Roes.*—Insecten Belustigung, von August Johann Roesel. Nürnberg 1746. 4to. 4 tom.
- Schæff. Icon.*—D. Jacobi Christiani Schæfferi Icones Insectorum circa Ratisbonam Indigenarum, &c. Regensburg 1769. 4to. 3 tom.
- Schæff. Elem.*—Jacobi Christiani Schæffer, Elementa Entomologica. Regensburg 1766. 4to.
- Schneid Neus. Mag.*—Neuestes Magazin für die Liebhaber der Entomologie, herausgegeben von D. H. Schneider 5 hefte. Stralsund 1791, 1792, 1794. 8vo.
- Schrank.*—Francisci de Pavla Schrank Enumeratio Insectorum Austriæ Indigenarum. Augustæ Vindelicorum 1781. 8vo.
- Scop.*—Joannis Antonii Scopoli Entomologia Carniolica, exhibens Insecta Carniolie Indigena, &c. Vindobonæ 1763. 8vo.
- Scop. Ann. Hist.*—Joannis Antonii Scopoli Anni Historico-Naturales. Lipsiæ 1769. 8vo.
- Scriba.*—Beiträge zu der Insekten-Geschichte, herausgegeben von Ludwig Gottlieb Scriba. Frankfurt, 3 hefte. 1790, 1791, 1793. 4to.
- Shaw. Nat. Misc.*—Vivarium Naturæ, or The Naturalists Miscellany,

- Miscellany, by G. Shaw. The Figures by E. P. Nodder. London 1790. 8vo.
- Sulz. Hist. Ins.*—Johann Heinrich Sulzers Abgekürzte geschichte der Insecten. 2 theile. Winterthur 1776. 4to.
- Thunb. Ins. Suec.*—Dissertatio Entomologica sistens Insecta Suecica. Partes 1, 2, 3, 4. Upsaliæ 1784. 4to.
- Trans. Linn. Soc.*—Transactions of the Linnean Society of London. London 1791, 1794, 1797, 1798, 1800, 1802. 6 tom.
- Vill.*—Car. Linnæi Entomologia &c. &c. curante et augente Carolo de Villers. Lugduni 1789. 8vo. 4 tom.
- Voet. Coleopt.*—Johannis Eusebii Voet Descriptionse et Icones Coleopterorum. 4to.
- Udd. Diss.*—Novæ Insectorum Species. Dis. Resp. Isaac. Uddman. Aboæ 1753. 4to.
-



# ENTOMOLOGIA BRITANNICA.

---

---

## Ordo I.

### COLEOPTERA.

Elytra alas tegentia, suturâ rectâ.

---

### CHARACTERES GENERUM.

\* *Antennis clavâ lamellatâ.*

1. SCARABÆUS. *Antennæ clavâ fissili.*
2. LUCANUS. *Antennæ clavâ compressâ, latere latiore pectinato-fissili. Maxillæ porrectæ.*

\*\* *Antennis clavâ perfoliatâ.*

4. DERMESTES. *Caput inflexum sub thorace vix marginato. Elytra immarginata.*
9. CISTELA. *Thorax convexus. Elytra abdominis latera obvolventia.*
10. CORTICARIA. *Caput prominens. Thorax et elytra marginata. Corpus sublineare.*
11. SILPHA. *Caput inflexum. Thorax et elytra marginata. Corpus vel ovatum, vel oblongo-ovatum.*
13. BOLETARIA. *Thorax marginatus, posticè foveolis tribus mediâ obsoletiori, utrinque angulatus. Elytra marginata.*

39. HYDROPHILUS. *Antennæ* palpis breviores.  
*Corpus* ovale, convexum.
23. SCAPHIDIUM. *Corpus* ovatum, anticè posticèque acuminatum.
37. PARNUS. *Antennæ* brevissimæ. *Caput* intra thoracem retractile. *Thorax* posticè utrinque angulis acuminatis. *Pectus* mucronatum.

\*\*\* *Antennis clavâ solidâ.*

3. IPS. *Thorax* caput recipiens. *Corpus* cylindricum.
6. HISTER. *Caput* intra thoracem retractile. *Elytra* corpore breviora. *Corpus* subquadratum.
8. BYRRHUS. *Caput* sub thorace reconditum. *Elytra* abdomen æquantia. *Corpus* ovatum, convexum.
12. NITIDULA. *Caput* insertum. *Thorax* et *elytra* marginata. *Corpus* ovatum, depressiusculum.
16. COCCINELLA. *Palpi* exteriores clavâ truncatâ. *Thorax* et *elytra* marginata. *Corpus* hemisphæricum.
7. GYRINUS. *Antennæ* rigidulæ, capite breviores. *Oculi* quatuor.
25. CURCULIO. *Antennæ* rostro elongato corneo insidentes. *Caput* posticè incrassatum.
26. ATTELABUS. *Antennæ* rostro insidentes. *Caput* posticè attenuatum.

\*\*\*\* *Antennis moniliformibus, plus minùs extrorsum crassioribus.*

27. CLERUS. *Caput* declinatum. *Thorax* convexus, posticè attenuatus. *Corpus* elongatum.



CHARACTERES GENERUM.

3


47. STAPHYLINUS. *Elytra* dimidiata, alas tegentia. *Cauda* exserens vesiculas duas.
14. OPATRUM. *Caput* inflexum. *Thorax* marginatus, anticè lunatus. *Elytra* immarginata, abdomine longiora, apice inflexa.
15. CASSIDA. *Caput* clypeo thoracis tectum. *Elytra* dilatato-marginata.
17. CHRYSOMELA. *Caput* insertum. *Corpus* ovatum, convexum, immarginatum.
42. TENEBRIO. *Caput* exsertum. *Thorax* marginatus. *Corpus* oblongum.
44. MELOE. *Caput* gibbum, inflexum. *Thorax* subrotundus. *Elytra* mollia, flexilia, abbreviata.

\*\*\*\*\* *Antennis filiformibus.*

24. BRUCHUS. *Antennæ* sensim crassiores. *Thorax* anticè attenuatus. *Elytra* abdomine breviora.
43. BLAPS. *Caput* exsertum. *Thorax* plùs minùs marginatus. *Elytra* rigida, abdomen amplectentia.
5. PTINUS. *Thorax* angulatus, subrotundus, caput recipiens.
18. CRYPTOCEPHALUS. *Caput* insertum. *Corpus* cylindricum, immarginatum.
19. AUCHENIA. *Caput* exsertum. *Thorax* cylindricus, elytris angustior. *Corpus* oblongum.
20. CRIOCERIS. *Caput* exsertum. *Thorax* planus, submarginatus, anticè parum angustatus. *Corpus* oblongum, depressum.
31. LAMPYRIS. *Thoracis* clypeus caput obumbrans recipiensque. *Elytra* flexilia. *Abdominis* latera plicato-papillosa.

33. CANTHARIS. *Thorax* marginatus, capite brevior. *Elytra* flexilia. *Abdominis* latera plicato-papillosa.
45. LYTTA. *Caput* gibbum, inflexum. *Thorax* cylindricus. *Elytra* mollia, linearia.
32. PYROCHROA. *Antennæ* dentato-pectinatae. *Caput* exsertum. *Thorax* planus. *Elytra* flexilia. *Corpus* posticè incrassatum.
21. TILLUS. *Antennæ* serratae. *Caput* subdeclinatum. *Thorax* convexus. *Corpus* linearielongatum.
36. BUPRÆSTIS. *Antennæ* serratae. *Caput* dimidium intra thoracem retractum.
34. ELATER. *Thorax* anticè attenuatus, posticè angulo utrinque prominulo. *Pectoris* mucro e poro abdominis resiliens.
46. MORDELLA. *Caput* deflexum. *Elytra* posticè deorsum curva. *Laminæ* ad basin abdominis.
38. HETEROCERUS. *Antennæ* breves, recurvæ, articulis ultimis subserratis. *Caput* porrectum. *Maxillæ* exsertæ.
22. HISPA. *Antennæ* porrectæ, approximatae, fusiformes. *Thorax* et *elytra* sæpius aculeata.
41. CARABUS. *Thorax* obcordatus, posticè truncatus. *Femora* postica basi appendiculata.
- \*\*\*\*\* *Antennis* setaceis.
28. CERAMBYX. *Oculi* lunati, antennas amplectentes. *Thorax* caput recipiens. *Corpus* oblongum.
29. LEPTURA. *Oculi* rotundi. *Caput* exsertum. *Thorax* anticè attenuatus. *Corpus* oblongum.
35. CICINDELA. *Maxillæ* exsertæ, denticulatae. *Oculi* prominuli. *Thorax* rotundato-marginatus.

40. **DYTISCUS.** *Corpus* ovatum. *Sternum* bifidum. *Pedes postici* ciliati, natatorii.
30. **NECYDALIS.** *Elytra* alis minora. *Cauda* simplex.
48. **FORFICULA.** *Elytra* dimidiata alas tegentia. *Cauda* forcipata.



# COLEOPTERA.

## 1. SCARABÆUS.

*Antennæ clavatæ, capitulo fissili.*

*Tibiæ anticæ sæpiùs dentatæ.*

A. Terrestres, *elytris ad anum pertingentibus, sive æqualibus.*

\* *Scutellati.*

\*\* *Exscutellati.*

B. Arborei, *corpore convexo, elytris non ad anum pertingentibus, sive abbreviatis.*

C. Florales, *corpore depresso, elytris non ad anum pertingentibus, sive abbreviatis.*

A. Terrestres, *elytris ad anum pertingentibus, sive æqualibus.*

\* *Scutellati.*

1. *Sc. niger, thorace tricorni: intermedio minore, Typhæus, lateralibus porrectis longitudine capitis mutici.*

Linn. Syst. Nat. 543. 9. Mus. Lud. Ulric. 8. Payk.  
Faun. Succ. 1. Fab. Syst. Ent. 10. 26. Sp. Ins.  
i. 10. 30. Mant. i. 6. 33. Ent. Syst. i. a. 12. 34.  
Vill. Ent. i. 10. 1. Gmel. 1531. 9. Raii Ins. 103?  
Faun. Etrus. ed. 4to. 4. 7. ed. 8vo. 3. 7. Hoppe  
Ins. Erlang. 24. Harr. 14. Herbst. Arch. 3. 1.  
Fuesl. Arch. ed. Gall. 66. 1. Ins. Helv. i. 1. Fourc.  
Ent. Par. i. 6. 4. Panz. Ent. Germ. i. 1.  
Panz. Faun. Germ. i. t. 23. Frisch. 4. t. 8. Geoff.  
i. 72. 4. t. 1. f. 3. mas. De Geer. iv. 262. 6.  
t. 10. f. 5. Schæff. Icon. t. 26. f. 4. mas. Oliv.  
i. 3. 59. t. 7. f. 52. a, b. Voet. Coleopt. t. 19.  
f. 124. mas. 125. foen. Jablonsk. Coleopt. i. 278. 33.  
t. 6. f. 1, 2. Bergstr. Nomencl. i. 26. 6. t. 4.  
B 4 f. 6.

*f. 6. Petiv. Gazoph. t. 23. f. 3. Mouff. Theat. Ins. 152. f. 2. Barbut Gen. Ins. t. 1. f. 1. Martyn Eng. Ent. t. 1. f. 3, 4.*

Longitudo corporis 9 lin.

Habitat in stercore.

DESCRIPTIO. Corpus atrum. Caput angustum, muticum, depressum, lateribus villosum. Antennæ capitulo sub-griseo. Thorax glaber spinis tribus; lateralibus porrectis, acutis, longitudine capitis; intermedia brevior, erectior. Elytra striata. Sexus alter loco spinarum gerit tantum rudimenta truncata. Tibiæ admodum pilosæ. *Linn. Syst. Nat.*

*pumilus.*

2. Sc. niger, thorace tricorni: intermedio brevissimo, lateralibus porrectis capite brevioribus, lateribusque thoracis rugosis.

Long. corp. 5 lin.

Habitat—— Captus prope Holt in Norfolciâ.  
*Dom. Burrell.*

DESCR. Simillimus præcedenti, at satis differt. Magnitudo duplo minor. Cornua breviora, et latera thoracis valde rugosa. Corpus totum nigrum, nitidum. Antennæ nigræ lamellis ferrugineis. Elytra sulcata. Fœmina thorace mutico.

*mobilicornis.* 3. Sc. thorace quadridentato, capitis cornu recurvo mobili.

*Fab. Syst. Ent. II. 32. Sp. Ins. i. 12. 38. Mant. i. 6. 40. Ent. Syst. i. a. 15. 43. Vill. i. 12. 4. Gmel. 1532. 116. Panz. Ent. Germ. 2. 4. Brabm. Ins. Kal. i. 122. 424. Payk. Faun. Suec. 3.*

*Oliv. i. 3. 63. 71. t. 10. f. 88. a, d. t. 25. f. 88. e. Jablonsk. Coleopt. i. 298. t. 6. f. 6, 7. Panz. Faun. Germ. 12. t. 2. Mart. Eng. Ent. t. 4. f. 40, 41. Sc. armiger. Scop. ann. Hist. 78, 16. Laich. Ins. t. 1. f. 11.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat Hertfordiæ. *D. Drury* Prope Dartford,  
*D. Lewin.* Cantio.

DESCR.

DESCR. Antennæ lamellatæ, clava ferruginea. Capitis cornu compressum, recurvum, thorace brevius basi articulo mobili. Thorax punctatus elevatus, canaliculatus, lateribus utrinque dente compresso, elevato, recurvo, apice flexuoso. Pone hunc fovea parva, orbiculata, excavata. In medio dentes duo reliqui erecti, brevissimi. Scutellum rotundatum. Elytra striata, sub-ferruginea. Pedes et abdomen pubescentia, ferruginea. *Fab. Syst. Ent.*

4. *Sc. niger*, thorace cornû brevissimo obtuso, *inermis*.  
subtùs ferrugineus pilosus.

*Mart. Eng. Ent. t. 4. f. 35.*

Long. corp.  $6\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— In musæo *Dom. Beckwith.*

DESCR. Totum corpus suprâ læve, piceo-nigrum. Antennæ ferrugineæ. Capitis clypeus anticè margine elevato, dentato. Thorax valde convexus, punctis impressis sparsis; medio marginis anticè cornu brevissimum; obtusum, et pone cornu scrobs excavata. Elytra punctis impressis, rugoso-striata. Abdomen subtùs ferrugineum, pilosum. Pedes etiam ferruginei, extùs nigricantes,

5. *Sc. niger*, capite unituberculato, thorace lævi, *erraticus*.  
elytris testaceis subdepressis.

*Linn. Syst. Nat. 548. 29. Faun. Suec. 383. Faun. Etrusc. Rossi 6. 12. Hellwig 6. 12. Fab. Syst. Ent. 16. 53. Sp. Ins. i. 17. 66. Mant. i. 9. 72. Ent. Syst. i. a. 27. 86. Faun. Ingr. 3. 5. Vill. i. 17. 14. Gmel. 1548. 29. De Geer. iv. 270. 15. Panz. Ent. Germ. 6. 21. Payk. Faun. Suec. 19.*

*Oliv. i. 3. 79. 83. t. 18. f. 163. a, b. Schæff. Icon. t. 26. f. 9. Jablonsk. Coleopt. t. 12. f. 6. Fuesl. Arch. ed. Gall. 68. 9. t. 19. f. 2. Herbst. Arch. 5. 10. t. 19. f. 2. Panz. Faun. Germ. 47. 4. Mart. Eng. Ent. t. 4. f. 37.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Thorax convexus lævis, uti totum corpus  
nigrum.

nigrum. Elytra testacea, vel fusco-testacea, suturâ obscuriore, punctato-striata, subdepressa.

*sordidus*. 6. Sc. capite tuberculato, thorace nigro: margine pallido; puncto nigro, elytris testaceis.

*Fab. Syst. Ent.* 16. 55. *Sp. Ins.* i. 17. 68. *Mant.* i. 9. 75. *Ent. Syst.* i. a. 29. 90. *Vill.* i. 20. 24. *Gmel.* 1546. 173. *Preys. Bob. Ins.* 36. 33. *Udd. Diss.* 6. 2. *Panz. Ent. Germ.* 7. 24. *Payk. Faun. Suec.* 15. *Brabm. Ins. Kal.* i. 131. 448.

*Panz. Faun. Germ.* 48. 2. *Jablonsk. Coleopt. t.* 12. f. 9. *Schæff. Icon. t.* 74. f. 3. *Oliv.* i. 3. 82. 87. t. 25. f. 216. a, b. *Fuesl. Arch. ed. Gall.* 68. 11. t. 19. f. 3. *Herbst. Arch.* 6. 13. t. 19. f. 3. *Mart. Eng. Ent. t.* 2. f. 13. mal.

Long. corp.  $3\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in stercore bovino primo vere.

DESCR. Antennæ pallidæ. Caput pallidum, sive piceum tuberculis tribus. Thorax punctatus, niger, marginibus omnibus pallidis, lateralibus latioribus puncto nigro. Elytra sordidè testacea, striata, striis expunctis impressis, scutello suturâque brunneis, maculis duabus vel punctis nigris in singulo elytro interdum distinctis et interdum vix manifestis. Pedes pallidè picei, femoribus pallidioribus.

*fmetaryius*. 7. Sc. capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro.

*Linn. Syst. Nat.* 548. 32. *Faun. Suec.* 385. *Faun. Ingr.* 2. 5. *Payk. Faun. Suec.* 13. *Fab. Syst. Ent.* 15. 51. *Sp. Ins.* i. 16. 64. *Mant.* i. 9. 70. *Ent. Syst.* i. a. 27. 84. *Geoff.* i. 81. 18. *Pod. Mus. Græc.* 18. 4. *Preys. Bob. Ins.* 37. 34. *Faun. Fred.* 1. 4. *Scop.* 20. *Schrank.* 4. *Laich.* 11. 5. *Fuesl. Arch.* 68. 8. *Herbst. Arch.* 5. 9. *Ins. Helv.* 10. *Vill.* i. 18. 16. *Gmel.* 1545. 32. *Faun. Etrusc. Rossi* 5. 10. *Hellw.* 5. 10. *Harr.* 9. 7. *Raii Ins.* 106. 9. *Panz. Ent. Germ.* 5. 18.

*Panz. Faun. Germ.* 31. 2. *De Geer.* iv. 266. 10. t. 10. f. 8. *Roes. Ins.* ii. 1. t. A. f. 3. *Schæff. Icon. t.* 144. f. 6. *Voet. Coleopt. t.* 21. f. 147. *Oliv.* i. 3. 78. 82. t. 18.



t. 18. f. 167. *Jablonsk. Coleopt. t. 12. f. 4. Frisch.*  
*Ins. 4. 35. t. 19. f. 3. Mart. Eng. Ent. t. 3. f. 22.*  
*Sc. bicolor. Fourc. i. 9. 18.*

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore bovino, copiosè.

DESCR. Caput nigrum, clypeatum, subrotundum. Thorax punctatus niger, margine anticè utrinque maculâ testaceâ. Color elytrorum variat, interdum rufo-brunneus, interdum rubens. Elytra novem striis exarantur. Abdomen totum nigrum. Pedes nigri, tarsis rufis.

8. *Sc. capite tuberculato, elytris abdomineque rufis. Scrutator.*

*Fab. Ent. Syst. i. a. 24. 73. Panz. Ent. Germ. 3. 7.*  
*Panz. Faun. Germ. 31. 1. Jablonsk. i. t. 16. f. 6.*  
*Sc. rufidus. Oliv. i. 3. 77. 81. t. 26. f. 224.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore. Ex musæo *D. MacLeay.*

DESCR. Statura et summa affinitas *Sc. fimetarii*. Clypeus rotundatus tuberculis tribus. Thorax punctatus ater, nitidus, margine latè rufo. Elytra striata, rufa, puncto baseos et apicis elevato. Abdomen totum rufum. Pedes nigri. *Fab. Ent. Syst.*

9. *Sc. rufo-ferrugineus, capite trituberculato. unicolor.*

Long. corp.  $2\frac{1}{3}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. *Sc. fimetario* similis sed minor, magis oblongus, obscurior. Clypeus trituberculatus; in altero sexû intermedio subcornuto. Thorax confertius punctulatus, saturatior, lateribus pallidioribus puncto nigricanti. Elytra striata, striis crenulatis. Corpus subtùs dilutius. *Variat elytris griseis, suturâ saturatiori.*

10. *Sc. ater, thorace inermi immaculato, elytris conflagratistriatis griseis: maculâ fuscâ. tus.*

*Fab. Ent. Syst. i. a. 27. 85. Fuesl. Arch. ed. Gall. 68. 10.*  
*Herbst. Arch. 5. 11. Panz. Ent. Germ. 6. 20.*  
*Panz. Faun. Germ. 47. 2. Oliv. i. 3. 80. 85. t. 26.*  
*f. 220. Jablonsk. Coleopt. ii. 133. 87. t. 12. f. 2.*  
*Don. Brit. Ins. t. 70. f. 2.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat

Habitat in stercore.

DESCR. Statura et magnitudo omnino *Sc. fimetarii*, at differt thorace omnino immaculato et elytris griseis, maculâ magnâ disci fuscâ. Scutellum nigrum. Corpus nigrum, pedibus piceis. *Fab. Ent. Syst.*

*soprinus.* 11. *Sc. ater*, elytris punctato-striatis testaceis: suturâ nigrâ.

An *Sc. fordens.* *Gmel.* 1546. 413?

An *Sc. fimetarius.* *Fourc. Ent.* i. 10. 19?

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in stercore. *D. MacLeay.*

DESCR. Statura et magnitudo *Sc. conflagrati*, at differt elytris totis testaceis suturâ exceptâ. Elytra striata, striis punctis distinctis valde impressis.

*castaneus.* 12. *Sc. capite tuberculato*, elytris antennis pedibusque testaceis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore.

Mus. *D. Latbam.*

DESCR. Capitis tubercula vix conspicua. Thorax subcastaneus medio saturator, punctulis adpersis impressis. Elytra testacea, striato-punctata.

*conspurcatus.* 13. *Sc. capite thoraceque nigris glabris*: marginibus lateralibus albido-flavis, capite tuberculato, elytris lividis nigro-maculatis.

*Linn. Syst. Nat.* 549. 34. *Faun. Suec.* 387.

*Sc. sticticus.* *Panz. Faun. Germ.* 58. t. 4.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. *Sc. inquinato* similis, at paulo major et satis distinctus. Caput nigrum, tuberculis tribus obsoletis, marginibus sive angulis anticis interdum albido-flavis, interdum rufis. Thorax niger, glaber, minutissimè punctatus, lateribus albido-flavis. Scutellum fuscum. Elytra livida sive testacea, striata, maculis septem vel octo oblongiusculis fuscis sive nigris ordinibus duobus ab angulis exterioribus anticis ad suturam obliquè dispositis. Corpus subtus piceum. Pedes pallidi.

*Variat*

*Variat maculis elytrorum confluentibus.*

Entomologi visi sunt dubitare quisnam sit reverà *Sc. conspurcatus* Linnæi. Cùm nulli iconi fides satis dari possit, hanc descriptionem, ex Linnæi ipsius specimine desumptam, accuratiùs elaboravi. Plerique quidem horum parvorum Scarabæorum elytris griseis testaceisque nigro-maculatis notabilium, sive habitum sive formam spectes, tam valde affines sunt, quod meras varietates esse facilè diceres. At cùm hæ varietates notas suas constanter præ se ferunt; porrò autem cùm alii auctores species distinctas haberi voluerunt, illorum exemplo ductus et ipse distinctas scripsi: eòque lubentiùs hoc feci, quod icones plurimorum in Panzeri Faunâ Germanicâ, opere eximio, depictas, demum licet conferre.

14. *Sc. thorace atro, capite trituberculato, elytris inquinatus.*  
testaceis striatis: maculis baseos posticè confluentibus nigris.

*Oliv. i. 3. 84. 90. t. 26. f. 221.*

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Caput atrum, tuberculis tribus medio acuto; clypeo submarginato, margine utrinque reflexo. Thorax ater, glaber, punctulatus, margine subrufescente. Scutellum nigrum. Elytra testacea, punctato-striata; suturâ, liturâ marginali, maculisque tribus a medio baseos ad dorsum obliquè confluentibus nigris, et maculis quatuor parvis nigris tessellato-positis inter terminum posteriorem lituræ et suturam.

15. *Sc. thorace nigro glabro, capite tuberculato, attaminatus.*  
elytris testaceis: maculis quinque nigris.

*Sc. inquinatus. Panz. Ent. Germ. 7. 23.*

*Panz. Faun. Germ. 28. t. 7.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Caput et thorax atra immaculata, oculo armato punctata. Elytra testacea, striata, maculis quinque nigris in singulo elytro; unâ ad basin oblongiusculâ, alterâ prope

prope marginem anteriorem longiori, tertiâ irregulari prope suturam, quartâ pone medium angulari, ultimâ ad apicem transversim positâ. Corpus subtùs nigrum. Pedes picei.

*Var.* Interdum thoracis lateribus rufescentibus.

*fædatus.* 16. Sc. ater, capite subtuberculato, elytris testaceis: suturâ lituris binis obliquis lunulâque nigris.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Caput nigrum, emarginatum, obsoletè tuberculatum. Thorax ater, punctulatus. Scutellum nigrum. Elytra testacea, punctato-striata, suturâ nigrâ, lituris duabus nigris, ad basin, intimâ obliquâ, exteriore ferè longitudinali, et lunulâ nigrâ prope apicem extrorsum versâ. Corpus subtùs nigrum. Pedes picei.

*ciliaris.* 17. Sc. pilosus, thorace planiusculo ciliato: lateribus pallidis, elytris luridis nigro-maculatis.

An Sc. contaminatus var.? *Fab. Ent. Syst.* i. a. 35. 114.

An Sc. pubescens? *Oliv.* i. 3. 91. 101. t. 24. f. 205. a, b.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in stercore equino copiosissimè, quod brevi tempore dissipat.

DESCR. In omnibus simillimus *Sc. conspurcato*, at primò pilosus evadit, et *conspurcatus* glaber; tum thorax modicè convexus est. Denique latera thoracis ciliata sunt in *Sc. ciliari*, at in *Sc. conspurcato* glaberrima. In cæteris hæc animalia apprimè conveniunt:

*æntrolinea-* 18. Sc. ater, elytris griseis: suturâ liturâque lineâ  
*tus.* mediâ griseâ exceptâ nigris.

*Panz. Faun. Germ.* 58. 1.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Habitus et statura *Sc. inquinati*, sed major. Clypeus ater, punctatus, nitens, trituberculatus, anticè emarginatus, margine antico reflexo. Thorax ater, nitens, punctatus, margine immaculato. Scutellum nigrum, triangulare. Elytra grisea, punctato-striata, nitida, suturâ

suturâ maculisque oblongis nigris: hæ maculæ in dorso ita confluent, ut in centro lineolam griseam relinquunt, quæ constanter observatur: macula ad apicem utriusque elytri nigra semper adest. Pedes fusi. Corpus subtùs atrum, nitidum. *Faun. Germ.*

19. Sc. capite tuberculato, thoracis margine pallido: puncto nigro, elytris griseis: liturâ nigrâ. *bilituratus.*

An. Sc. lividus? *Oliv. i. 3. 86. 93. t. 26. f. 222. a, b.*

Long. corp. 2. lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Totum corpus nitidiusculum. Thorax margine pallido, at punctum nigrum utrinque in margine pallido. Elytra grisea, suturâ et liturâ maximâ longitudinali nigris. Pedes flavescens, tibiis tarsisque piceis. Corpus subtùs flavescit. Punctum marginis thoracis constans. Litura variat maxima aut minor, et interdum deest. Elytra *Sc. conspurcati*, sed lituram unicam satis magnam, neque maculas plures gerit, aut puncta. Differt a *Sc. conspurcato*, corpore subtùs omni flavo nec nigro.

20. Sc. niger, capite tuberculato, margine thoracis pallido, elytris griseis punctato-striatis: liturâ unicâ fuscâ. *sphacelatus.*

*Panz. Faun. Germ. 58. t. 5.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore copiosissimè.

DESCR. Antennæ nigræ. Caput obsoletè tuberculatum, nigrum. Thorax niger, nitidus, minutissimè punctatus, marginibus lateralibus lividis. Scutellum fuscum. Elytra grisea sive sordidè testacea, striata, striis ex punctis impressis, suturâ liturâque magnâ longitudinali ad angulum anteriorem baseos erosò-attenuatâ fuscis. Corpus subtùs nigrum. Pedes pallidi.

Variat elytris scabriusculis, et puncto fusco prope scutellum.

21. Sc. niger obscurus, capite trituberculato, elytris brunneis duplicato-striatis. *turpis.*

Sc. Anachoreta? *Panz. Faun. Germ. 35. 1.*

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat

Habitat in stercore.

DESCR. Thorax niger, punctulatus, punctulis numerosissimis, margine anticè tenuissimo pallido. Elytra brunnea, punctato-striata, striis per paria arcuè approximatis. Abdomen subtùs nitidiusculum. Pedes picei.

*ruficrus.*

22. Sc. niger, capite obsolete trituberculato, elytris pedibusque rufis, femoribus piceis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in stercore ovino. Captus Septembre in eunti 1797 apud Brightwell juxta Woodbridge, Suffolciâ. Mus. D. Kirby.

DESCR. Sc. *turpi* similis, sed minor. Elytra rufa, striata, striis punctatis, striarum interstitiis punctulatis. Alæ nigrae.

*testaceus.*

23. Sc. testaceus, capite bituberculato, elytris punctato-striatis.

Fab. Syst. Ent. 15. 50. Sp. Ins. i. 16. 63. Mant. i. 9. 69. Ent. Syst. i. a. 27. 83. Vill. i. 20. 22. Gmel. 1548. 185. Panz. Ent. Germ. 5. 17.

Panz. Faun. Germ. 28. t. 5. Oliv. i. 69. 77. t. 17. f. 158. Jablonsk. Coleopt. t. 12. f. 3.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ————— Mus. D. Lee.

DESCR. Statura Sc. *vernalis*, at triplo minor, totus pallidè testaceus. Tubercula duo parva in fronte. Thorax convexus, punctis vagis plurimis adpersus. Elytra striata, striis punctatis. Subtùs hirtus. Fab. Syst. Ent.

*Fossor.*

24. Sc. niger, thorace subretuso, capite tuberculis tribus: medio subcornuto.

Linn. Syst. Nat. 548. 31. Faun. Suec. 384. Pontop. Dan. Atl. 665. 6. Payk. Faun. Suec. 7. Fab. Syst. Ent. 14. 17. Sp. Ins. i. 15. 59. Mant. i. 8. 62. Ent. Syst. i. a. 23. 72. Vill. i. 17. 15. Gmel. 1546. 31. Geoff. i. 82. 20. Fourc. Ent. 10. 20. Faun. Fred. 1. 3. Hoppe Ins. Erl. 26. Laich. 10. 4. Preys. Boh. Ins. 18. 14. Herbst. Arch. 5. 8. Brahm. Ins. Kal. i. 38. 125. Fues. Nov. Mag. Ven. Moll. 371. 4. Harr. 9. 6. Ins. Helv. 1. 9. Panz. Ent. Germ. 2. 6. Faun. Ingr. 2. 3. Goeze. E. B. i. 21. 31.

Oliv.

*Oliv.* i. 3. 75. 78. *t.* 20. *f.* 184. a, b. *Voet. Coleopt.*  
*t.* 21. *f.* 141, 142. *Jablonsk. Coleopt.* *t.* 12. *f.* 1.  
*Schæff. Icon.* *t.* 144. *f.* 7, 8. *Mart. Eng. Ent.* *t.* 3.  
*f.* 30. *Panz. Faun. Germ.* 28. *t.* 4. *Act. Nidr.* 4.  
 314. 2. *t.* 16. *f.* 1. mala.

Long. corp. 6 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Corpus totum atrum, glabrum, læve, nitidum.  
 Elytra oblonga, concolora, striata. Antennæ lamel-  
 latæ. Alæ fuscæ. Thorax valde convexus.

25. *Sc. niger*, thorace inermi, capite tuberculis tri-fætens.  
 bus: medio acuto, elytrorum limbo ferrugineo.

*Fab. Mant.* i. 8. 63. *Ent. Syst.* i. a. 24. 75. *Payk. Faun.*  
*Suec.* i. 11. 14. *Gmel.* 1547. 176. *Jablonsk.* ii. 173. 109.  
*Faun. Ingr.* 2. 4. *Panz. Ent. Germ.* 3. 9.

*Panz. Faun. Germ.* 48. *t.* 1. *Oliv.* i. 3. 85. 92. *t.* 9.  
*f.* 71. a, b.

*Sc. vaccinarius.* *Jablonsk.* 138. *t.* 12. *f.* 5.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Fortè mera varietas *Sc. fimetarii*. Duplo  
 minor *Sc. Fossore*. Thorax lævis, ater, nitidus, maculâ  
 marginali ferrugineâ. Elytra striata, nigra, limbo im-  
 primis baseos ferrugineo. Abdomen atrum, ano rufo.  
 Pedes atri. *Ent. Syst.*

An varietas *Sc. Scrutatoris*, potius quam *fimetarii*?

26. *Sc. niger nitidus*, capite tuberculis tribus *terrestris*.  
 æqualibus, elytris leviter striatis.

*Fab. Syst. Ent.* 15. 48. *Sp. Ins.* i. 16. 61. *Mant.* i.  
 8. 66. *Ent. Syst.* i. a. 25. 78. *Vill.* i. 20. 21. *Gmel.*  
 1547. 179. *Jablonsk.* ii. 170. 107. *Goez. Ent. Beytr.*  
 1. 68. 18. *Panz. Ent. Germ.* 4. 11.

*Panz. Faun. Germ.* 47. *t.* 3. *Oliv.* i. 3. 76. 80. *t.* 24.  
*f.* 209. a, b. *Mart. Eng. Ent.* *t.* 2. *f.* 14.

An *Sc. ater*? *De Geer*, iv. 270. 16.

Long. corp. 2½ lin.

Habitat in stercore bovino et equino.

DESCR. Affinis *Sc. Fossori*, at triplo minor. Tubercula capitis minora, breviora, obtusiora. Elytra striata. *Syst. Ent.*

*pusillus.* 27. *Sc. niger*, capite tuberculis tribus æqualibus, elytris lævissimè striatis brunneis.

*Panz. Ent. Germ.* 8. 28. *Payk. Faun. Suec.* i. 10. 12. *Panz. Faun. Germ.* 49. t. 11.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore. In musæo *D. Kirby.*

DESCR. Præcedenti simillimus (si varietas constans) sed obscurior. Thorax punctulatissimus. Elytra brunnea sive rufo-fusca, striata, striis quasi acu ductis lævissimè punctulatis.

*obscurus.* 28. *Sc. niger*, capite tuberculis tribus: intermedio subcornuto, elytris obscuris striatis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in stercore. In musæo *D. Kirby.*

DESCR. Duobus præcedentibus simillimus, sed major. Clypeus tuberculis tribus, medio subcornuto, lineâque anticè carinatâ curvâ. Thorax profundus, convexus, punctulatus, nitens. Elytra thorace obscuriora, fusca, suturâ nigrâ, punctato-striata, striarum interstitiis punctulatis. Pedes nigri, femoribus anticis magnis. *Variat elytris totis nigris.*

*subterraneus.* 29. *Sc. ater*, thorace inermi glabro, capite tuberculis tribus, elytris striis crenatis.

*Linn. Syst. Nat.* 548. 28. *Faun. Suec.* 382. *Payk. Faun. Suec.* i. 7, 8. *Fab. Syst. Ent.* 14. 46. *Sp. Ins.* i. 15. 58. *Mant.* i. 8. 61. *Ent. Syst.* i. a. 23. 70. *Vill.* i. 17. 13. *Gmel.* 1546. 28. *De Geer.* iv. 267. 12. *Schrank.* 7. *Fourc.* i. 8. 11. *Fuesl. Arch. ed. Gall.* 67. 7. *Herbst. Arch.* i. 4. 7. *Ins. Helv.* i. 8. *Faun. Etrusc.* 9. *Hellw.* 9. *Panz. Ent. Germ.* 2. 5. *Faun. Ingr.* 2. 2.

*Panz. Faun. Germ.* 28. t. 3. *Oliv.* i. 3. 76. 79. t. 18. f. 162. a, b. *Jablonsk. Coleopt.* t. 11. f. 6. *Preys. Bob. Ins.* 20. 16. t. 1. f. 3. *Mart. Eng. Ent.* t. 4. f. 33. mala.

Long.



Long. corp. 3 lin.

Habitat in collibus, *Linn.* In stercore.

DESCR. Clypeus obtusissimus. Thorax punctis rarioribus adpersus. Elytra striata, striis singularibus excavato-punctatis. *Faun. Suec.*

Affinis *Sc. Fossori*, at multo minor. *Fab.*

30. *Sc. niger*, thorace inermi, capite tuberculis hæmorrhoidalibus, elytris striatis posticè rufis.

*Linn. Syst. Nat.* 548. 33. *Faun. Suec.* 386. *Fab. Ent.*

*Syst. i. a.* 29. 33. *Faun. Ingr.* 3. 8. *Vill. i.* 18. 17.

*Gmel.* 1545. 33. *De Geer*, iv. 271. 17. *Schrank.* 8.

*Fourc. i.* 15. 7. *Panz. Ent. Germ.* 8. 27. *Payk.*

*Faun. Suec. i.* 8. 10.

*Oliv. i.* 3. 83. 89. t. 26. f. 223. a, b. *Jablonsk. Coleopt. ii.*

t. 12. f. 11. *Mart. Eng. Ent. t. 4. f. 31. mala. Panz.*

*Faun. Germ.* 28. t. 8.

*Sc. sanguinolentus. Fuesl. Arch. ed. Gall.* 68. 12. t. 19.

f. 4. *Herbst. Arch.* 6. 15. t. 19. f. 4.

*Sc. alpinus Scop.* 21. ?

*Sphæridium ustulatum. Preys. Bob. Ins.* 24. 31. t. 2. f. 8.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Clypeus submarginatus. Caput tuberculis tribus, lateralibus vix conspicuis. Thorax lævis punctatus. Elytra sulcata, apice fusco-ferruginea. Pedes nigri, interdum picei.

31. *Sc. niger*, thorace inermi, clypeo tuberculo granarius. solitario, elytris substriatis margine postico testaceis.

*Linn. Syst. Nat.* 547. 23. *Vill. i.* 14. 8. *Gmel.* 1548. 23.

*Payk. Faun. Suec. i.* 9. 11. *Fab. Syst. Ent.* 16. 56. *Sp.*

*Ins. i.* 17. 70. *Mant. i.* 9. 77. *Ent. Syst. i. a.* 29. 92.

*Herbst. Arch.* 6. 14. *Faun. Etrusc.* 15. *Hellw.* 15.

*Panz. Ent. Germ.* 7. 26. *Harr.* 9.

*Panz. Faun. Germ.* 43. t. 3. mala. *Oliv. i.* 3. 82. 88.

t. 18. f. 172. a, b. *Jablonsk. ii.* 150. 94. t. 12. f. 10.

*Schæff. Icon. t.* 144. f. 5. *Preys. Bob. Ins.* 29. 28. t. 1.

f. 5. mala.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in ligno putrido, locis suffocatis. *Panz.*

DESCR. Statura et magnitudo ferè *Sc. terrestris*, et fortè mera varietas. Corpus nigrum nitidum, margine positè tantum elytrorum ferrugineo. Clypeus emarginatus. Caput tuberculo unico. Thorax muticus, lævis, punctatus. Elytra striata. Pedes nigri, interdum brunnei. *Oliv.*

*Obs.* Similis omninò *Sc. hæmorrhoidali*, sed differt, major et scutello longiori.

*stercora-  
rius.*

32. *Sc. ater* glaber, elytris sulcatis, thorace utrinque puncto excavato, capite rhombeo.

*Linn. Syst. Nat.* 550. 42. *Faun. Suec.* 388. *Pontop. Dan. Atl.* i. 665. 10. *Fab. Syst. Ent.* 17. 60. *Sp. Ins.* i. 18. 74. *Mant.* i. 10. 81. *Ent. Syst.* i. a. 30. 97. *Vill.* i. 23. 34. *Gmel.* 1549. 42. *Schrank.* 23. *Scop.* 26. *Raii Ins.* 74. 1.—90. 7. *Payk. Faun. Suec.* i. 4. 4. *Geoff.* i. 75. 9. *Fourc.* i. 7. 9. *Fuesl. Arch.* 69. 15. *Herbst. Arch.* 7. 18. *Ins. Helv.* 2. 15. *Laich.* 9. 2. *Faun. Fred.* 1. 5. *Goetze.* i. 26. 42. *Faun. Ingr.* 3. 9. *Harr.* 12. *Preys. Bob. Ins.* 26. 24. *Panz. Ent. Germ.* 8. 30. *Brabm. Ins. Kal.* i. 11. 40. *Panz. Faun. Germ.* 49. 1. *Oliv.* i. 3. 64. 72. t. 5. f. 39. a—d. *De Geer,* iv. 259. 4. t. 9. f. 10, 11. *Voet. Coleopt.* t. 20. f. 134. *Jablonsk.* ii. 252. 157. t. A. f. 1, 2. *Schæff. Icon.* t. 23. f. 9. et t. 5. f. 1. *Frisch. Ins.* 4. 13. t. 6. *Mart. Eng. Ent.* t. 3. f. 25. *Faun. Etrusc.* 17. t. 1. f. 1. *Hellw.* 17. t. 1. f. 1.

Long. corp. 1 unc.

Habitat in stercore et cloacis.

DESCR. Caput clypeo munitum, rhomboide obtuso medio elevato, ac si esset squama. Antennæ clavatæ, capitulo pallido, caule rubicundo, bulbo sive infimo articulo magno, setis coronato, utrinque piloso. Oculorum septum setis ciliatum. Thorax latus, lævis, ad margines punctulatus, puncto insuper majori utrinque excavato. Scutellum latum, medio punctatum. Elytra striata, striis plurimis punctatis. Corpus subtùs atrocærulescens

cærulescens villosum. Os maxillis duabus setis nigris ciliatis. Pedes setosi, setis femorum longitudinaliter per lineas dispositis. Femora postica denticulo instructa. Tibiæ anticæ sex-dentatæ; intermediæ et posticæ tridentatæ, dentibus per totam tibiæ crassitiem ductis, setis coronatis.

*Var. β.* subtus viridi-cæruleus, femoribus posticis simplicibus, tibiis anticis serratis, dentibus tribus extremis majoribus. Elytrorum striæ vix punctatæ.

33. *Sc. niger*, thorace utrinque impresso, femori-*spiniger.*  
bus posticis bidentatis.

*Scotichus foveolatus* . . . . . *Sam. 362.* . . . . . *H. 111.*  
Long. corp. 11 lin.

Habitat ——— Captus apud Barham, Suffolciâ, exeunte Octobre. *D. Kirby.*

DESCR. Ad *Sc. stercorarium* proximè accedit, sed totus niger. Antennæ caule fusco sive piceo, capitulo nigricanti. Thorax obscurus, utrinque excavato-punctatus, puncto majori impresso; posticè lineâ intermediâ dimidiatâ e punctis excavatis constante. Scutellum medio longitudinaliter subdepressum. Elytra obscura, striata, striis subpunctatis. Femora tincturâ sed vix distinguendâ violaceo-viridi imbuuntur; postica dentibus duobus validis armantur, quorum exterior major, interior continuatio est femorum appendiculi. Tibiæ anticæ, quod in hoc genere singulare est, trigonæ, septem-dentatæ, dente tertio ab apice magis extante, recto.

34. *Sc. niger*, elytris sulcatis, thorace utrinque *foveatus.*  
punctis duobus excavato, scutello violaceo.

Long. corp. 7 lin.

Habitat in stercore humano. *D. Kirby.*

DESCR. Præcedenti simillimus, sed thorax punctis quatuor excavatis, disco rarius lateribus confertius punctulatis. Scutellum violaceum. Elytrorum et thoracis margines atro-cærulescentes. Femora postica denticulo uno alterove instructa. Tibiæ anticæ sex-dentatæ. Tarsi picei.

Sexus alter punctis duobus interioribus thoracinis majoribus, quasi foveatis.

*Variat* colore, totus scilicet nigro-æneus.

*Mutator.* 35. Sc. violaceus, thorace punctis quatuor impressis, elytris sulcatis, scutelli margine membranaceo.

*Schæff. Icon. t. 23. f. 1.?*

Long. corp.  $9\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore humano. *D. Kirby.*

DESCR. Antennæ caule fusco, capitulo nigricanti. Thorax atro-violaceus, lateribus confertiùs, disco rariùs punctatus, punctis insuper utrinque duobus foveatis, exteriore majori fundo punctato, interiore minori lunulato. Linea intermedia longitudinalis, quæ a capite ultra dimidiam thoracis profunditatem e punctis excavatis constat, dein continua exaratur, et demum in punctum unum alterumve desinit. Margo omnis et puncta violaceo-inaurata. Scutellum viride, medio longitudinaliter depressum, margine utrinque membranaceo. Elytra amethystina cum tincturâ rubini, striata, striis punctatis variis intervallis ductis. Stria suturæ proxima a basi per tertiam partem longitudinis latè et profundè sulcata est. Corpus subtus viride, pedibus violaceis, sed tarsi omnes picei.

*Var. β.* thoracis punctis interioribus magis obsoletis, rotundatis, intra quæ et marginem anticum lineola transversa, obsoletè impressa. Scutellum atro-cærulescens, medio longitudinaliter subdepresso, punctato, punctis excavatis, cæruleo-inauratis. Elytra reverà nigra sed cærulea apparent. Color cæruleus ex striis cæruleo-inauratis, certis intervallis ductis, punctatis exoritur. Corpus subtus amœnè amethystinum, violaceum.

*niger.*  
*f. vernalis.* 36. Sc. suprâ obscurus niger lævis, subtus atro-violaceus, pedibus æneis.

An Sc. hemisphæricus? *Oliv. i. 3. 66. 74. t. 2. f. 15.*

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

Ex museo *D. MacLeay.*

DESCR.

DESCR. Antennæ, caput, thorax et elytra tota nigra, glabra. Caput clypeo rhombeo vertice prominulo ut in *Sc. stercorario*. Thorax marginatus, lineâ longitudinali in medio obsoletè impressâ, puncto laterali utrinque impresso. Elytra oculo armato obsoletè striata. Corpus subtùs atro-violaceum. Pedes viridi-ænei.

37. *Sc. elytris glabris lævissimis, capitis clypeo vernalis.*  
rhombeo: vertice prominulo.

*Linn. Syst. Nat.* 551. 43. *Faun. Suec.* 389. *Faun. Ingr.* 4. 10. *Payk. Faun. Suec.* i. 6. 6. *Fab. Syst. Ent.* 17. 61. *Sp. Ins.* i. 19. 75. *Mant.* i. 10. 82. *Ent. Syst.* i. a. 31. 98. *Vill.* i. 23. 35. *Gmel.* 1549. 43. *Schrank.* 24. *Scop.* 27. *Laich.* 9. 3. *Brabm. Ins. Kal.* i. 12. 41. *Geoff.* i. 77. 10. *Fourc.* i. 7. 10. *Herbst. Arch.* i. 7. 19. *Ins. Helv.* 16. *Pontop. Dan. Atl.* i. 665. 11. *Poda. Mus. Græc.* 19. 6. *Faun. Fred.* 1. 6. *Preys. Bob. Ins.* 27. 25. *Faun. Etrusc.* 18. *Hellw.* 18. *Panz. Ent. Germ.* 9. 32. *Harr.* 13. *Panz. Faun. Germ.* 49. t. 2. *De Geer,* iv. 262. 5. t. 10. f. 4. *Oliv.* i. 3. 66. 73. t. 4. f. 23. a, b. *Jablonsk.* ii. 258. 158. t. 18. f. 1. *Voet. Coleopt.* t. 20. f. 135. *Sulz. Hist. Ins.* t. 1. f. 6. *Mart. Eng. Ent.* t. 2. f. 9.

Long. corp. 9 lin.

Habitat in stercore primo vere.

Captus juxta Woodbridge tempore autumnali copiosè 1795, 1796.

DESCR. Loco et facie adeo similis *Sc. stercorario*, ut facilè solâ ætate differre crederetur; differt tamen a *stercorario*, 1º. magnitudine qua *stercorario* cedit; 2º. elytris non sulcatis; 3º. colore cyaneo sive cæruleo nitido; 4º. antennis omnino nigris, nec femoribus maculâ ferrugineâ. *Faun. Suec.*

38. *Sc. violaceus nitidus, thorace utrinque im-* *sylvaticus.*  
presso, elytris substriatis, tarsis piceis.

*Payk. Faun. Suec.* i. 5. 5. *Panz. Ent. Germ.* 8. 31. *Scriba. Ephem.* 3. 250. *Harr.* 10.

Long. corp. 8 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Caput cæterorum hujus familiæ. Thorax et elytra reverà nigra; sed color violaceus, qui per totam insecti paginam superiorem nudis oculis obduci videtur, in thorace ex punctis excavatis, et in elytris ex striis oblitteratis violaceo-inauratis exoritur. Hæ striæ variis intervallis ducuntur, interstitiis transversim rugulosis. Tibiæ anticæ serratæ, serraturis 6. Ad *Sc. vernalem* proximè accedit.

In stercore tempore autumnali sed rarò occurrit. Ubi provenit hæc species *Sc. vernalis* nunquam invenitur. *D. Kirby.*

*sabulosus.* 39. *Sc. niger opacus*, tuberculis rugosis, fronte immarginatâ obtusâ.

*Linn. Syst. Nat.* 551. 48. *Faun. Suec.* 390. *Geoff. i.* 78. 11. *Schrank.* 26. *Vill. i.* 25. 28. *Brabm. Ins. Kal. i.* 32. 110.

*Mart. Eng. Ent. t. 3. f.* 26.

*Sc. femoratus. De Geer, iv.* 269. 14. *t. 10. f.* 12.

*Sc. subterraneus. Fourc. i.* 8. 11.

*Trox sabulosus. Fab. Syst. Ent.* 31. 1. *Sp. Ins. i.* 34. 1. *Mant. i.* 18. 1. *Ent. Syst. i. a.* 86. 2. *Gmel.*

1585. 48. *Herbst. Arch.* 12. 1. *Ins. Helv.* 19.

*Faun. Fred. i.* 7. *Preys. Bob. Ins.* 48. 50. *Panz.*

*Ent. Germ.* 35. 1. *Petagn. Ins. Cal.* 3. 10. *Laich.*

28. 1. *Faun. Ingr.* 10. 31. *Payk. Faun. Suec. i.* 79. 1.

*Oliv. i.* 4. 8. 6. *t. 1. f.* 1. a, b, c. *Sulz. t.* 34. *f.* 3.

*Panz. Faun. Germ. 7. t. 1. Jablonsk. Coleopt. 3. t. 21.*

*f. 1. Scriba. 44. 9. t. 5. f. 2. 2. a.*

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in sabulo et terrâ siccâ.

DESCR. Simillimus *Silphæ sabulosæ*. Antennæ pallidæ, basi intus valde pilosæ. Caput deflexum, punctulatum, fronte lunatâ. Thorax caput semiambiens, rugosus, posticè obsolete trilobus, angulo intermedio subbifido. Scutellum basi excavatum. Elytra valde convexa quasi fornicata, latera abdominis obvolventia, tuberculis rugosa, striis quatuor elevatis albo-punctatis striata, interstitiis striarum duarum suturæ proximarum sub lente elevato-lineatis. Abdomen planiusculum, minus opacum. Tibiæ anticæ tridentatæ.

40. *Sc. fusco-cinereus*, elytris elevato-striatis line-*lutosus*.  
 atisque, fronte marginatâ acutâ.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Latbbury*.

DESCR. Totum insectum polline fusco-cinereo obducitur quasi lutosum. Caput angulatum, medio elevatum, fronte marginatâ acutâ. Antennæ ut in præcedenti. Thorax subrugosus, posticè obsoletè quinquelobus, angulo intermedio acuto. Elytra sicut præcedentis convexa, latera abdominis obvolventia, striata, striis quatuor punctorum elevatorum oblongorum, interstitiis lineis elevato-punctatis notatis. Abdomen planum, intra fornicem elytrorum retractum. Tibiæ anticæ simplices, compresso-clavatæ.

41. *Sc. fuscus obscurus*, thorace subcanaliculato, *arenarius*.  
 elytris obsoletè striatis.

*Sc. arenosus*. *Gmel.* 1586. 398.

*Trox arenarius*. *Fab. Mant.* i. 18. 2. *Ent. Syst.* i. a. 87. 3.

*Payk. Faun. Suec.* i. 80. 2.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ——— *estuaries* In mus. *D. Kirby*.

DESCR. Statura et habitus præcedentium, sed *Sc. sabuloso* duplo minor. Totus fuscus valde obscurus. Antennæ rufescentes, basi pilosæ. Caput deflexum, clypeo planiusculo, fronte obtusâ. Thorax punctulatus, obsoletè longitudinaliter canaliculatus. Elytra convexa, substriata, striis circiter decem, striarum interstitiis elevato-punctatis. Abdomen planiusculum. Tibiæ anticæ extrorsum tridentatæ, introrsum spinulis duabus instructæ.

42. *Sc. piceus*, antennis pallidis, elytris lævibus. *rufipes*.

*Linn. Syst. Nat.* 559. 86. *Faun. Suec.* 403. *Faun.*

*Ingr.* 4. 11. *Fab. Syst. Ent.* 19. 68. *Sp. Ins.* i. 20.

84. *Mant.* i. 10. 92. *Ent. Syst.* i. a. 34. 110. *Vill.*

i. 36. 60. *Gmel.* 1552. 86. *Schrank.* 30. *Panz. Ent.*

*Germ.* 9. 34. *Hérbst. Arch.* 7. 20.

*Oliv.*

*Oliv.* i. 3. 87. 94. t. 18. f. 171. *Voet.* t. 2. f. 143.?  
*Mart. Eng. Ent.* t. 3. f. 29. *Panz. Faun. Germ.* 47.  
 t. 10.

*Sc. capitatus.* *De Geer,* iv. 263. 7. t. 10. f. 6.

*Sc. oblongus.* *Scop.* 19. *Brabm. Ins. Kal.* i. 63. 206.  
*Scriba.* 36. 6. t. 4. f. 6. a, b.

Long. corp. 5 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Totus ater, glaber: capitis clypeo obtuso. Antennæ summo apice præsertim rufæ, alias fusco-pallidæ. Pedes extimis articulis rufo-pallidi. Elytra striata, nigra, posticè obtusa sive inflexa. Alæ longæ.  
*Faun. Suec.*

*Variat* interdum totus piceus.

*Gagates.* 43. *Sc. niger,* elytris striatis lævibus, tarsis sanguineis.

*Geoff.* i. 83. 21.

*Oliv.* i. 3. 87. 95. t. 24. f. 213. *Mart. Eng. Ent.* t. 4.  
 f. 39.

*Sc. gagatinus.* *Fourc.* i. 10. 21.

*Sc. nigripes.* *Fab. Ent. Syst.* i. a. 35. III. *Panz.*  
*Ent. Germ.* 9. 35. *Faun. Germ.* 47. t. 9.

*Sc. luridus* var.  $\beta$ . *Payk. Faun. Suec.* 16.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore tempore vernali.

DESCR. Niger, tarsis solum sanguineis. Clypeus lunatus, margine reflexo, posticè lineis duabus impressis in angulum obtusum conniventibus. Suprà punctulatissimus, etiam elytra, quæ striata sunt. Tibiæ omnes tridentatæ.

*variegatus.* 44. *Sc. niger,* elytris striatis dimidiato-flavis.

*Herbst. Arch.* 9. 27. t. 19. f. 12. *Panz. Faun. Germ.* 47.  
 t. 8.

*Sc. varius.* *Gmel.* 1553. 209.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR.



DESCR. Præcedenti per omnia simillimus, sed elytrorum apex et margo lateralis sordidè flavus, quæ flavedo dentes introrsum immittit.

45. Sc. niger, elytris sordidè flavis : sulcis nigris, *luridus*.  
interstitiis nigro maculatis.

*Fab. Syst. Ent.* 19. 69. *Sp. Ins.* i. 17. 69. *Mant.* i. 9. 76. *Ent. Syst.* i. a. 29. 91. *Vill.* i. 20. 25. *Gmel.* 1546. 174. *Hoppe. Ins. Erl.* 26. *Payk. Faun. Suec.* i. 13. 16. *Faun. Etrusc.* 14. *Hellw.* 14. *Preys. Bob. Ins.* 38. 37. *Panz. Ent. Germ.* 7. 25.

*Panz. Faun. Germ.* 47. t. 6. *Oliv.* i. 3. 90. 100. t. 18. f. 168. t. 26. f. 168. b. *Jablonsk.* 2. t. 18. f. 3. *Voet.* t. 21. f. 144. *Schæff. Icon.* t. 26. f. 8. ? *Mart. Eng. Ent.* t. 3. f. 23.

Sc. interpunctatus. *Gmel.* 1553. 208. *Fues. Arch.* 70. 21. t. 19. a. f. 11. *Herbst. Arch.* 8. 26. t. 19. f. 11.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore vaccino.

DESCR. Caput et thorax atra nitida. Elytra striata, grisea, lineolis maculisque nigris. *Syst. Ent.*  
*Variat* maculis pluribus.

46. Sc. niger, elytris sordidè flavis : sulcis nigris. *nigro-sul-*  
Long. corp.  $4\frac{1}{4}$  lin. *catus.*

Habitat in stercore vaccino cum quatuor præcedentibus vere. *D. Kirby.*

*Var. α.* Pedibus intermediis, posticis, anoque rufescentibus.

*β.* Pedibus anoque nigris.

Quatuor præcedentes in omnibus sibi invicem adamussim respondent, colore vario et maculis elytrorum solum distinguuntur. Omnibus palpi fusci; antennæ nigræ stipite fusco; caput punctulatum, lunatum, marginatum, vertice sub-prominulo, posticè exaratum, lineis duabus obsoletis in angulum obtusum conniventibus; thorax utrinque marginatus, latus, punctulatissimus; scutellum

scutellum basi punctulatum; elytra punctato-striata, interstitiis striarum punctulatis; pedes nigri, tarsis sanguineis.

Sc. contaminatus *Panz. Faun. Germ.* 47. t. 7. varietas etiam hujusce speciei videtur, at iste nondum in Angliâ captus est.

*4-maculatus.* 47. Sc. niger oblongus, elytris maculis duabus rubris.

*Linn. Syst. Nat.* 558. 84. *Faun. Suec.* 398. *Faun. Ingr.* 4. 12. *Fab. Syst. Ent.* 19. 70. *Sp. Ins.* i. 21. 86. *Mant.* i. 10. 94. *Vill.* i. 35. 38. *Gmel.* 1551. 84. *Faun. Etrusc.* 20. *Hellw.* 20. *Brabm. Ins. Kal.* i. 65. 209.

*Oliv.* i. 3. 92. 103. t. 19. f. 174. a, b. *Jablonsk.* 2. t. 18. f. 10. *Don. Brit. Ins.* t. 70. f. 3.

Sc. 4-pustulatus. *Fab. Ent. Syst.* i. a. 36. 116. *Panz. Ent. Germ.* 10. 39. *Faun. Germ.* 43. t. 5. *Payk. Faun. Suec.* i. 24. 29.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in stercore.

Mus. D. Kirby.

DESCR. Corpus oblongum, nigrum. Capitis clypeus intrusus. Elytra striata; macula parva in angulo elytrorum ad basin sita est, et major versus apicem elytri. Pedes nigri. *Faun. Suec.*

*sanguinolentus.* 48. Sc. niger oblongus, elytris striatis maculâ ad basin apiceque rubris.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Similis omnino *Sc. hæmorrhoidali*, sed distinctus. Paulo major. Scutellum longius. Macula parva, obscura; rubra, in angulo elytrorum ad basin sita est; apices elytrorum manifestè rubri. Pedes nigri, tarsis rufis.

*testudinarius.* 49. Sc. niger, elytris sulcatis piceis ferrugineo-punctatis.

*Fab.*

*Fab. Syst. Ent.* 19. 72. *Sp. Ins.* i. 21. 89. *Mant.* i. 11. 98. *Ent. Syst.* i. a. 38. 122. *Vill.* i. 37. 63. *Gmel.* 1551. 200. *Preys. Bob. Ins.* 95. 92. *Panz. Ent. Germ.* 11. 43.

*Panz. Faun. Germ.* 28. t. 12. *Don. Brit. Ins.* t. 70. f. 1. *Oliv.* i. 3. 93. 105. t. 20. f. 186. a, b. *Jablonsk.* 2. t. 18. f. 13. mala. *Herbst. Arch.* 7. 21. t. 19. f. 7. mala.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in stercore bovino primo vere. *D. Kirby* et *D. MacLeay*.

DESCR. Capitis clypeus rotundatus, emarginatus, vix tuberculatus. Thorax scaber, ater. Elytra profundè sulcata, picea, punctis ferrugineis per paria distributis adpersa. Pedes picei. *Syst. Ent.*

50. *Sc. flavescens*, capite thoraceque fuscis, elytris *Sus.* sulcatis nigro-maculatis.

*Fab. Ent. Syst.* i. a. 36. 117. *Panz. Ent. Germ.* 11. 41. *Brbm. Ins. Kal.* i. 203. 683.

*Panz. Faun. Germ.* 28. t. 11. *Jablonsk.* ii. 271. 165. t. 18. f. 9. *Herbst. Arch.* 4. 29. t. 19. f. 14.

*Sc. pubescens.* *Oliv.* i. 3. 91. 101. t. 24. f. 205. a, b.

Long. corp.  $2\frac{1}{3}$  lin.

In mus. *D. Kirby*.

Habitat in stercore. Captus a *D. Sowerby* juxta Nordovicum.

DESCR. Statura *Sc. testudinarii*. Totus sub-hirtus. Caput rufo-fuscum. Thoracis latera flavescencia, puncto nigricanti. Elytra flavida, lineis duabus interruptè nigris picta. Cætera sordidè flavescencia, sed pedes exceptis femoribus rufescunt.

51. *Sc. niger*, elytris apice piceis, plantis *rhododactylus.* rufis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Captus in stercore ovino Julio ineunte 1797, in ericeto

ericeto prope Newmarket, juxta viam ad Barton Mills ducentem. *D. Kirby.*

DESCR. Niger obscurus. Thorax punctulatus. Elytra striata, apicem versus profundius. Pedes piceo-nigri, tarsis rubellis.

*merdarius.* 52. Sc. ater, thoracis lateribus sub-ferrugineis, elytris testaceis: suturâ nigrâ.

*Fab. Syst. Ent.* 19. 73. *Sp. Ins.* i. 21. 90. *Ent. Syst.* iv. App. 435. *Vill.* i. 37. 64. *Herbst. Arch.* 69. 17. *Payk. Faun. Suec.* i. 22. 26. *Preys. Bob. Ins.* 37. 35. *Oliv.* i. 3. 94. 107. t. 19. f. 173. a, b. *Jablonsk.* 2. t. 18. f. 5. *Mart. Eng. Ent.* t. 4. f. 34.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Corpus nigrum. Clypeus submarginatus. Caput inerme. Thorax lævis, inermis, niger, lateribus testaceis. Elytra striata, flavo-testacea, suturâ nigrâ. Pedes nigri. *Oliv.*

*Variat* pedibus sordidè testaceis.

*punctulatus.* 53. Sc. niger, thorace punctato, tibiis anticis plantisque omnibus rufis.

An Sc. niger. *Panz. Faun. Germ.* 37. t. 1.?

Long. corp. 2 lin.

Habitat in sabulosis. Captus propter fluvium Usk, prope Crickhowell.

DESCR. Caput sed præcipuè thorax punctis plurimis impressis. Elytra striata, striæ autem punctis impressis ornantur. Abdomen atrum, nitidum. Pedes atri, nitidi. Tibiæ autem anticæ, et tarsi omnes rufescunt.

*Obs.* Puncta omnia thoracis et elytrorum, pro ratione animaculi, majuscula, et fundo albicanti gaudent. An hoc ex loco limoso-sabuloso evenit?

*porcatus.* 54. Sc. piceus, thorace punctato: lineâ impressâ dimidiatâ, elytris sulcatis.

*Fab.*

*Fab. Syst. Ent.* 20. 75. *Sp. Ins.* i. 21. 92. *Mant.* i. 11. 101. *Ent. Syst.* i. a. 38. 126. *Vill.* i. 37. 65. *Gmel.* 1552. 204. *Panz. Ent. Germ.* 12. 47. *Payk. Faun. Suec.* i. 29. 35. *Herbst. Arch.* 8. 24. t. 19. a. f. 9. a—c. mala. *Panz. Faun. Germ.* 28. t. 14.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore vaccino, primo vere. Ex mus.

*D. MacLeay.*

DESCR. Totum animal piceum. Antennæ rufæ. Caput planum. Thorax punctatus, lineâ longitudinali excavatâ abbreviatâ. Elytra profundè sulcata, sulcis punctis impressis.

\*\* *Exscutellati.*

55. Sc. thorace bicorni: intermedio obtuso bifido, *lunaris.* capitis cornu erecto, clypeo emarginato.

*Linn. Syst. Nat.* 543. 10. *Faun. Suec.* 379. *Gronov. Zooph.* 453. *Raii Ins.* 103. *Fab. Syst. Ent.* 22. 86. *Sp. Ins.* i. 24. 108. *Mant.* i. 13. 120. *Ent. Syst.* i. a. 46. 150. *Preys. Bob. Ins.* 27. 26. *Vill.* i. 11. 2. *Gmel.* 1535. 10. *Scop.* 22. *Schrank.* i. *Faun. Etrusc.* 24. *Hellw.* 24. *Laich.* 16. 10. *Brabm. Ins. Kal.* i. 67. 215. *Geoff.* i. 88. 1. *Fourc.* i. 13. 1. *Panz. Ent. Germ.* 13. 51. *Faun. Ingr.* 5. 14. *Pont. Dan. Atl.* i. 664. 2. 8. *Payk. Faun. Suec.* i. 30. 37. *Oliv.* i. 3. 114. 132. t. 5. f. 36. a, b. *Roes.* ii. t. B. f. 2. *Jablonsk.* ii. t. 8. f. 7. *De Geer,* iv. 257. 2. t. 10. f. 1. *Voët.* t. 25. f. 24, 25. *Petiv. Gazoph.* t. 8. f. 4. *Frisch.* 4. 25. t. 7. *Bergstraes. Nom.* i. t. 1. f. 9. t. 4. f. 7. *Mart. Eng. Ent.* t. 2. f. 15, 16. *Schæff. Elem.* t. 49. f. 2. t. 3. f. 2. *Icon.* t. 63. f. 3. *Panz. Faun. Germ.* 49. t. 4. *Poda. Mus. Græc.* 18. 3. t. 1. f. 1. *Don. Brit. Ins.* t. 154. f. 4.

Long. corp. 10 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Caput tegitur clypeo lunato, magno, margine elevato, antice emarginato, in cujus medio corniculum breve

breve. Thorax gibbus, lævis, in medio margine acuto prominulo, longitudinaliter lineâ exaratus. Elytra lævia, singula 7, sive 8, sulcis minùs profundis. *Faun. Suec.*

Sexûs varietas thorace retuso, lævi, absque corniculis thoracinis, quare difficiliùs primùm dignoscitur. Omnibus thorax lineâ exaratus. Clypeus lunaris, emarginatus tantùm. *Syst. Nat.*

*emarginatus.*

56. *Sc. thorace inæquali subtricorni, capitis cornu erecto emarginato.*

*Fab. Ent. Syst. i. a. 46. 151. Panz. Ent. Germ. 13. 52.*

*Oliv. i. 3. 115. 133. t. 8. f. 64. Panz. Faun. Germ. 49. t. 5. De Geer, iv. 257. 2. t. 10. f. 1.*

*Sc. lunaris. Var. β. Laich. 16. 10.*

*Sc. lunaris fem. Payk. Faun. Suec. 37.*

Long. corp. 10 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Nimis affinis *Sc. lunari*. Clypeus emarginatus, centro cornu parvo, erecto, emarginato. Thorax anticè inæqualis, vix cornutus, at utrinque puncto lato impresso. Elytra striata. *Ent. Syst.*

*Obs.* Hic *Scarabæus* a præcedente valdè distinctus est, tametsi ambo sub nomine *Sc. lunaris* a Linnæo confunduntur; nam character specificus *Faun. Suec. ed. 1. n. 341*, quæ ad *Sc. emarginatum* certè pertinet, citatur in *Faun. Suec. ed. 2. 379* ut synonyma verà *Sc. lunaris* qui hic perspicuè describitur, quamvis descriptio specialis *ed. 2.* usque evidenter est ea *Sc. emarginati*.

*nuchicornis.* 57. *Sc. thorace rotundato nigro-æneo, occipite spinâ erectâ armato, elytris griseis nigro-irroratis.*

*Linn. Syst. Nat. 547. 24. Faun. Suec. 381. Faun. Ingr. 5. 15. Payk. Faun. Suec. i. 31. 38. Fab. Syst. Ent. 26. 104. Sp. Ins. i. 30. 132. Mant. i. 15. 150. Ent. Syst. i. a. 58. 192. Vill. i. 14. 9. Gmel. 1543. 24. Schrank. 3. De Geer, iv. 265. 9. Geoff. i. 89. 3, 4. Fourc. i. 14. 3, 4. Laich. 21. 14. Iter. Goll. 41. Poda.*

*Mus.*

*Mus. Græc.* 18. 2. *Faun. Fred.* 1. 2. *Fuesl.* 11. 39.  
*Ins. Helv.* 1. 5. *Faun. Etrusc.* 29. *Hellw.* 29.  
*Panz. Ent. Germ.* 16. 62. *Pontop. Dan. Atl.* i. 164. 3.  
*Gron. Zooph.* 454.

*Panz. Faun. Germ.* 4. t. 1. *Oliv.* i. 3. 147. 177. t. 7.  
 f. 53. *Roes. Ins.* 2. *Scar. t. A. f.* 4. *Voet. t.* 25.  
 f. 18. *Schæff. Elem.* t. 49. f. 1. *Icon. t.* 96. f. 1.  
 fem. *Preys. Bob. Ins.* 45. 48. t. 2. f. 10. a, b.  
*Jablonsk.* 2. t. 14. f. 5, 6.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin. mas.  
 3 lin. fem.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Elytra striata, rufo-grisea, maculis nigris reticulato-confluentibus nec striatim positis depicta.

58. Sc. thorace rotundato æneo, occipite spinâ *Cænobita*.  
 erectâ armato, elytris rufis immaculatis.

*Fab. Ent. Syst.* i. a. 58. 191. *Gmel.* 1543. 24. Var.  $\beta$ .  
*Fuesl. Arch.* 73. 33. *Herbst. Arch.* 11. 40. *Panz.*  
*Ent. Germ.* 15. 59.

*Panz. Faun. Germ.* 48. t. 6. *Oliv.* i. 3. 147. 178. t. 26.  
 f. 228. a, b. *Voet. t.* 25. f. 20. *Jablonsk.* 2. t. 14.  
 f. 7, 8. *Preys. Bob. Ins.* 44. 47. t. 3. f. 1. *Mart.*  
*Eng. Ent. t.* 1. f. 5.?

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Similis *S. nuchicorni*, sed thorax æneus, elytra rufa immaculata. Est tamen ubi maculæ nigræ rariores in elytris etiam hujusce apparent.

*Variat* cornu brevi reclinato.

59. Sc. thorace rotundato viridi-æneo, occipite *Xiphias*.  
 spinâ erectâ armato, elytris griseis viridi-punctatis eroso-striatis.

*Fab. Ent. Syst.* i. a. 59. 193. *Payk. Faun. Suec.* i.  
 32. 39. *Panz. Ent. Germ.* 16. 36.

*Schæff. Elem.* t. 49. f. 1. *Icon. t.* 73. f. 4, 5. *Panz.*  
*Faun. Germ.* 49. t. 8. *Mart. Eng. Ent. t.* 1. f. 6.

Long. corp. 5 lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Statura omnino *Sc. nuchicornis*. Clypeus rotundatus, integer, niger, occipite spinâ erectâ, acutâ. Thorax rotundatus, anticè subacuminatus. Elytra lævia, testacea, nigro maculata. Fœmina clypeo lineis duabus transversis, elevatis. *Ent. Syst.*

*verticicor-* 60. *Sc.* thorace griseo nigro punctato, capitis cornû erecto brevissimo.  
*nis.*

*Fab. Syst. Ent.* 27. 105. *Sp. Ins.* i. 30. 135. *Mant.* i. 16. 154. *Ent. Syst.* i. a. 61. 199. *Vill.* i. 20. 27. *Gmel.* 1544. 170. *Herbst. Arch.* 12. 41. *Jablonsk.* ii. 240. 147.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

Musæo *D. Tunstall.*

DESCR. Statura et summa affinitas *Sc. Vaccæ*, at minor. Capitis clypeus rotundatus, æneus, cornu brevissimo recurvo. Thorax rotundatus, inermis, griseus, punctis duobus anticis et unico ad latera nigris. Elytra lævia, grisea. Pedes pallidi. *Syst. Ent.*

*Vacca.* 61. *Sc.* thorace retuso, occipite spinâ geminâ erectâ.

*Linn. Syst. Nat.* 547. 25. *Fab. Syst. Ent.* 26. 101. *Sp. Ins.* i. 28. 126. *Mant.* i. 15. 143. *Ent. Syst.* i. a. 55. 179. *Vill.* i. 15. 10. *Gmel.* 1543. 25. *Faun. Etrusc.* 28. *Hellw.* 28. *Ins. Helv.* i. 6. *Preys. Bob. Ins.* 40. 39. *Panz. Ent. Germ.* 14. 57. *Laich.* 20. 13.

*Oliv.* i. 3. 128. 151. *t.* 8. *f.* 65. a, b. *Jablonsk.* ii. *t.* 14. *f.* 3, 4. *Schæff. Icon. t.* 73. *f.* 4, 5? *Panz. Faun. Germ.* 12. *t.* 4.

*Copris. Geoff.* i. 90. 5.

*Copris conspurcatus. Fourc.* 14. 5.

Long. corp. 5 lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR.



DESCR. Simillimus *Sc. nuchicorni*. Thorace æneo. Elytris fuscis, atomis fuscis; sed differt thorace anticè retuso: medio prominulo submarginato; capitis occipite non spinâ unicâ longâ, sed 2 brevibus, erectis, nonnihil distantibus. *Syst. Nat.*

Obs. Similior *Sc. Xiphiæ* quam *Sc. nuchicorni*.

62. *Sc. niger*, thorace rotundato anticè impresso, *nutans*. occipite spinâ erectâ armato, elytris obsoletè punctato-striatis.

*Fab. Mant.* i. 15. 151. *Ent. Syst.* i. a. 59. 194. *Gmel.* 1544. 167. *Panz. Ent. Germ.* 16. 64.

*Sc. verticicornis.* *Laich.* 22. 15.

*Oliv.* i. 3. 145. 176. t. 21. f. 180. a, b, c, d. *Panz. Faun. Germ.* 8. t. 1. *Jablonsk.* ii. t. 14. f. 10.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Simillimus *S. nuchicorni*, sed differt corpore toto nigro unicolore, thorace anticè impresso, et spinâ occipitis apice nutante.

63. *Sc. niger*, clypeo emarginato, thorace sub-*ovatus*. æneo, elytris abbreviatis.

*Linn. Syst. Nat.* 551. 46. *Payk. Faun. Suec.* i. 33. 40. *Fab. Syst. Ent.* 30. 124. *Sp. Ins.* i. 34. 158. *Mant.* i. 18. 180. *Ent. Syst.* i. a. 70. 237. *Vill.* i. 24. 37. *Gmel.* 1557. 46. *Laich.* i. 26. 19. *Preys. Bob. Ins.* 46. 49. *Faun. Etrusc.* 38. *Hellw.* 38. *Panz. Ent. Germ.* 19. 75. *Ins. Helv.* 18. *Brabm. Ins. Kal.* i. 67. 217.

*Oliv.* i. 3. 175. 220. t. 20. f. 187. a, b. *Herbst. Arch.* 12. 45. t. 19. b. f. 18. *Fuesl. Arch.* t. 19. b. f. 18. *Jablonsk.* ii. t. 20. f. 9. *Mart. Eng. Ent.* t. 4. f. 36. *Panz. Faun. Germ.* 48. t. 11.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Simillimus *Sc. nuchicorni*, sed spina erecta occipitis deest: differt etiam corpore toto nigro unicolore.

B. Arborei, corpore convexo, elytris non ad anum per-  
tingentibus, sive abbreviatis.

Fullo.

64. Sc. antennis heptaphyllis, corpore nigro pilis  
albis, scutello maculâ duplici albâ.

Linn. Syst. Nat. 553. 57. Faun. Suec. 394. Vill. i.  
25. 40. Gmel. 1558. 57. Scop. 12. Schrank. 9.  
De Geer, iv. 272. 19. Geoff. i. 69. 2. Fourc. i. 5. 2.  
Raii Ins. 93. 9. Brabm. Ins. Kal. i. 202. 679.

Frisch. xi. 23. t. 1. f. 1. Petiv. Gazoph. t. 138.  
f. 1. Hæfn. Ins. t. 6. f. ult. Roes. Ins. iv. t. 30.  
f. 1—3. Schæff. Icon. t. 23. f. 2. Daubent. Pl. en-  
lum. t. 16. f. media. Voet. t. 6. f. 48, 49. Mart.  
Eng. Ent. t. 1. f. 1, 2. Mouff. Theat. Ins. 160.  
f. ult. Jonst. Hist. Nat. Ins. lib. iii. 70. t. 14. Sulz.  
Hist. Ins. 1. f. a. d.

Sc. hololeucus. Pall. Icon. 1. 19. t. B. f. 21.

Melolontha Fullo. Fab. Syst. Ent. 31. 1. Sp. Ins. i.  
35. 1. Mant. i. 19. 1. Ent. Syst. 1. b. 154. 1. Faun.  
Etrusc. 40. Hellw. 40. Herbst. Arch. 13. 1. Ins.  
Helv. 20. Panz. Ent. Germ. 221. 1.

Sc. pictus. Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. Ann. 6. Obs.  
239. p. 350. 10. f. a, b, c.

Oliv. i. 5. 9. 1. t. 3. f. 28. a, b, c. Jablonsk. iii. t. 22.  
f. 1, 2. Petagn. Ins. Calab. 3. 11. t. 1. f. 1.

Long. corp. 1 unc. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ brunneæ, clavâ maris longissimâ,  
heptaphyllâ, feminæ verò minori, ovatâ. Clypeus  
submarginatus, reflexus. Corpus brunneum aut testa-  
ceum. Caput squamis albidis. Thorax lineis tribus  
longitudinalibus, albis, lateralibus interruptis. Scu-  
tellum maculis duabus ovatis, albis, paribus. Elytra  
albo variegata. Abdomen cinereum. Pectus villo-  
sum, villo rufo.

Melolon-  
tha.

65. Sc. testaceus, thorace villoso, caudâ inflexâ,  
incisuris abdominis albis.

Linn. Syst. Nat. 554. 60. Faun. Suec. 392. Vill. i.  
28.

28. 43. *Gmel.* 1562. 60. *Scop.* 16. *Schrank.* 11. *Pod.* *Mus. Græc.* 19. 8. *Geoff.* i. 70. 3. *Fourc.* i. 5. 3. *Rai.* 104. 1. *Mouff. Theat. Ins.* 160. 2. *Pontop. Dan. Atl.* 666. 14. *Brahm, Ins. Kal.* i. 53. 173.
- De Geer,* iv. 273. 20. t. 10. f. 14. *Petiv. Gazoph.* 29. t. 19. f. 2. *Alb. Ins. Ang.* t. 60. *Roes. Ins.* ii. Sc. 1. t. 1. omnes. *Schæff. Icon. Ins.* t. 93. f. 1, 2. t. 102. f. 3, 4. *Schæff. Elem.* t. 8. f. 3. t. 109. f. 2. *Voet.* t. 6. f. 45, 46. *List. Goed.* 265: 111. f. 111. *Daubent. Pl. enlum.* t. 16. f. 3. *Merian Ins. Eur.* i. 2. f. 4. *Mart. Eng. Ent.* t. 2. f. 12. *List. Ins. Ang.* 379. 1. *mut.* 18. f. 16. *Aldrov. Ins.* 554. t. *super.* f. 2.
- Sc. arboreus.* *Jonst. Hist. Nat. Ins.* 70. t. 14.
- Melolontha vulgaris.* *Fab. Syst. Ent.* 32. 2. *Sp. Ins.* i. 35. 3. *Mant.* i. 19. 3. *Ent. Syst.* i. b. 155. 3. *Laich.* i. 34. 1. *Petagn. Ins. Cal.* 4. 12. *Panz. Ent. Germ.* 221. 2. *Herbst. Arch.* 13. 2. *Ins. Helv.* 24. *Faun. Etrusc.* 41. *Hellw.* 41. *Preysl. Bob. Ins.* 50, 51. *Faun. Ingr.* 77. 235.
- Oliv.* i. 5. 12. 5. t. 1. f. 1. a—d. f. 3. a—c. Var. *Jablonsk.* iii. t. 22. f. 6.
- Long. corp.* 1 unc. 2 lin.
- Habitat in graminosis.
- DESCR. Inter majores est hic *Scarabæus*, cui caput, thorax et elytra testacei coloris sunt. Thorax villosus. Elytra singula quatuor striis elevatis, glabriusculis. Anus acuminatus, deorsum flexus. Abdomen fuscum, ad latera subtus maculâ acutâ, in singulâ incisurâ, albâ. Oris labium superius obtusum. *Faun. Suec.*
- Animalculum inter omnia nostratia maximè fatale. Larva mollis, grisea, capite pedibusque testaceis, per plures annos sub terrâ degit, et devorat radices vegetabilium, agros prataque desolans. Imago, vesperi volitans cum susurro, devastat folia arborum: tilia intacta.
- Devoratur a suis, corvis, cornicibus, picis, gallinis, meleagribus, carabis majoribus. Per diem arboribus concussis facillimè colligitur a pueris. *Fab. Ent. Syst.*

*solstitialis*. 66. Sc. testaceus, thorace villosa, elytris luteo-pallidis: lineis tribus albis parallelis.

Linn. Syst. Nat. 554. 61. Faun. Suec. 393. Rai. 105. 2. Scop. 3. Vill. i. 29. 44. Gmel. 1563. 61. Schrank. 12. Geoff. i. 74. 7. Fourc. i. 6, 7. Poda. Mus. Græc. 21. 16. Laich. i. 35. 2. Pontop. Dan. Atl. 666. 15.

De Geer, iv. 276. 21. t. 10. f. 15. Schæff. Icon. t. 93. f. 3. Frisch. Ins. 9. p. 30. t. 15. f. 3. Mart. Eng. Ent. t. 2. f. 17. Voet. t. 6. f. 51, 52. Mouff. Theat. 160. f. 3. Daubent. Pl. enlum. t. 16. f. 4.

Melolontha solstitialis. Fab. Syst. Ent. 33. 5. Sp. Ins. i. 37. 7. Mant. i. 19. 9. Ent. Syst. i. b. 157. 11. Faun. Etrusc. 42. Hellw. 42. Panz. Ent. Germ. 221. 4. Herbst. Arch. 13. 3. Ins. Helv. 25. Laich. 35. 2. Faun. Ingr. 77. 236. Oliv. i. 5. 17. 10. t. 2. f. 8. a, b. f. 11. a. Jablonsk. t. 22. f. 9.

Long. corp. 10 lin.

Habitat —

DESCR. Totus testaceus. Clypeus subemarginatus, reflexus. Oculi nigri. Thorax et scutellum villosa. Elytra glabriora, pallidiora, lineis tribus elevatis longitudinalibus, quæ in vivâ dicuntur esse albæ, at nobis vix conspicuæ sunt.

*brunneus*. 67. Sc. testaceus, elytris striatis, thorace utrinque puncto notato.

Linn. Syst. Nat. 556. 72. Faun. Suec. 396. Vill. i. 32. 52. Gmel. 1568. 72. Schrank. 21. Geoff. i. 83. 22. Scop. Ann. Hist. v. 81. 22. Fourc. i. 10. 22. Herbst. Arch. 14. 7.

Voet. t. 7. f. 53, 54. Mart. Eng. Ent. t. 3. f. 24. Act. Nidros. iv. 316. 4. t. 16. f. 3.

Sc. fulvus. De Geer, iv. 277. 23. t. 10. f. 17.

Melolontha brunnea. Fab. Syst. Ent. 36. 20. Sp. Ins. i. 39. 26. Mant. i. 21. 32. Ent. Syst. i. b. 165. 42. Panz. Ent. Germ. 223. 10.

Jablonsk. t. 24. f. 3. Oliv. i. 5. 43. 55. t. 4. f. 38.

Long.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Totus brunneus, sive rufo-ferrugineus. Antennæ longitudinaliter fissiles, ut in *Sc. Melolonthâ*.

68. *Sc. ater sericeus, elytris rufis: margine suturâque nigris. Ruricola.*

*Vill. i. 38. 74. Gmel. 1558. 235. Geoff. i. 80. 15.*

*Brabm. Ins. Kal. i. 153. 494.*

*Mart. Eng. Ent. t. 1. f. 7.*

*Sc. marginatus. Fourc. i. 9. 15.*

*Melolontha Ruricola. Fab. Syst. Ent. 38. 30. Sp.*

*Ins. i. 43. 45. Mant. i. 23. 58. Ent. Syst. 1. b.*

*173. 75. Faun. Etrusc. 47. Hellw. 47. Panz.*

*Ent. Germ. 224. 18.*

*Oliv. i. 5. 52. 71. t. 3. f. 25. Jablonsk. t. 25. f. 2.*

*Melolontha Floricola. Laich. i. 41. 6.*

Long. corp.  $3\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

Captus in ericeto dicto Newmarket-Heath, prope fossam vulgo dictam Devil's Dyke, Julio in-eunte 1797, copiosè.

DESCR. Clypeus rotundatus, integer. Caput, thorax et abdomen atra, holosericea, immaculata. Elytra rufo-testacea, undique cincta margine nigro holosericeo. *Syst. Ent.*

*Variat* interdum elytris obscuris, margine tamen semper obscuriore. *Ent. Syst.*

*Variat* etiam elytris nigris, disco testaceo.

69. *Sc. ater pilosus, elytris glabris cyaneo rufoque varius. versicoloribus.*

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

Captus in campis apertis

Sussexiæ. *D. Green.*

DESCR. Caput, thorax, pectus, abdomen et pedes atra  
D 4
pilosa.

pilosa. Elytra striata, variè pro lucis incidentiâ rufocyaneeque exornata, glabra. Margo autem ciliatus. Elytra variant magis minusve cyanea. An sexûs differentia?

*Arvicola.* 70. Sc. villosus, capite thoraceque nigro-cærulescentibus, elytris pedibusque nigris.

Melolontha Arvicola. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 172. 71.

*Oliv.* i. 5. 64. 87. t. 7. f. 84.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Captus prope Castellum Corby dictum, in agro Eboracensi. *D. Smith.*

DESCR. Totum corpus pilosum, nitidum. Pili abdominis et pedum flavescens, cæteroquin artubus concolores. Caput et thorax nigro-cærulescentia, punctulata. Elytra nigra, striata, striis ex punctis excavatis confluentibus. Pedes nigri. Notandum autem est quod certo lucis respectu, color quidam cærulescens etiam elytrorum, abdominis et pedum superficiem leviter perstringit.

*Frischii.* 71. Sc. æneus, elytris testaceis: suturâ virescenti.

*Vill.* i. 38. 70. *Gmel.* 1561. 250.

*Voet.* t. 7. f. 55. *Mart. Eng. Ent.* t. 4. f. 42.

Sc. æneus. *De Geer*, iv. 277. 22.?

Melolontha Frischii. *Fab. Syst. Ent.* 37. 25. *Sp. Ins.* i.

41. 33. *Mart.* i. 21. 40. *Ent. Syst.* i. b. 167. 53.

*Faun. Etrusc.* 51. *Hellw.* 51. *Panz. Ent.*

*Germ.* 223. 12. *Faun. Ingr.* 77. 238.

*Oliv.* i. 5. 35. 40. t. 4. f. 29. a—d. *Herbst. Jablonsk.* iii.

126. 77. t. 25. f. 8.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ——— Inter rejectamenta maris inventus est, prope Braunton Boroughs, Devoniâ. *Miss Hill.*

DESCR. Caput, thorax et scutellum punctata, viridicuprea. Elytra substriata, viridi-testacea, suturâ virescentiore.

tiore. Cauda viridi-cuprea. Corpus subtùs pedes-  
que nigro-ænea.

72. *Sc. viridis*, thoracis lateribus flavis.

*Vitis.*

*Vill.* i. 38. 71. *Gmel.* 1560. 249.

*Voet.* t. 7. f. 56, 57. *Sulz. Hist. Ins.* t. 1. f. 11.

*Mart. Eng. Ent.* t. 1. f. 8.

*Sc. dubius.* *Brabm. Ins. Kal.* i. 143. 478. *Frisch.* iv. 29.  
t. 14.

*Melolontha Vitis.* *Fab. Syst. Ent.* 37. 26. *Sp. Ins.* i.

41. 34. *Mant.* i. 21. 41. *Ent. Syst.* i. b. 167. 54.

*Herbst. Arch.* 14. 9. *Fuesl. Arch.* 75. 6. *Panz.*

*Ent. Germ.* 223. 23. *Faun. Etrusc.* 52. *Hellw.* 52.

*Petagn. Ins. Calab.* 5. 19.

*Oliv.* i. 5. 34. 39. t. 2. f. 12. a, b, c.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Latham* et *D. Drury.*

DESCR. Nimis præcedenti affinis. Totum corpus viride,  
thoracis lateribus flavis. Pedes nigri.

C. Florales, corpore depresso, elytris non ad anum  
pertingentibus, sive abbreviatis.

73. *Sc. auratus*, segmento abdominis primo la-auratus.  
teribus unidentato, elytris albo-maculatis.

*Linn. Syst. Nat.* 557. 78. *Faun. Suec.* 400. *Act.*

*Nidros.* iv. 313. 1. *Vill.* i. 33. 54. *Gmel.* 1580. 28.

*Scop.* 17. *Schrank.* 14. *Rai.* 76. 7. *Herbst. Arch.*

18. 1. *Geoff.* i. 73. 5. *Fourc.* i. 6. 5. *Poda Mus.*

*Græc.* 19. 7. *Pontop. Dan. Atl.* 666. 16. *Faun.*

*Fred.* 2. 12. *Brabm. Ins. Kal.* i. 34. 115.

*Roes.* ii. 1. t. 2. f. 1—9. *Schæff. Icon.* t. 26. f. 2, 3.

*Jablonsk.* t. 29. f. 2. *Frisch.* 12. 25. t. 3. f. 1, 2, 3.

*Voet.* t. 1. f. 1. *Bergst. Nomenc.* i. 14. 5. t. 2. f. 5.

*Hoefn.* t. 16. *Mart. Eng. Ent.* t. 3. f. 27. *Admiral.*

t. 15.

*Sc. Smaragdus.* *De Geer,* iv. 279. 25. t. 11. f. 1.

*Cetonia aurata.* *Fab. Syst. Ent.* 43. 4. *Sp. Ins.* i. 50.

4. *Mant.* i. 26. 4. *Ent. Syst.* i. b. 127. 8. *Laich.* i.

48. 1. *Faun. Etrusc.* 56. *Hellw.* 56. *Fuesl.*

*Coleop.*

*Fuesl. Coleop.* 18. 1. *Ins. Helv.* 58. 32. *Petagn. Ins. Calab.* 6. 23. *Panz. Ent. Germ.* 219. 1. *Faun. Ingr.* 76. 234.  
*Oliv.* i. 6. 12. 7. t. 1. f. 1. a—i. *Panz. Faun. Germ.* 41. t. 15.

Long. corp. 9—11 lin.

Habitat —

DESCR. Color viridissimus nitens. Capitis clypeus sub-quadratus, anticè emarginatus, valde punctatus, posticè lineâ elevatâ, abbreviatâ. Thorax punctatus, posticè latior. Scutellum triangulare, elongatum. Elytra punctata, superficie inæquali, punctis lineisque transversis albis, margine inæquali: basis etiam ad marginem excavatur. Per hanc autem excavationem, abdominis primus articulus segmentorum sese dentis instar protrudit, faciem elytruli spurii quodammodo gerentem, triangularem, acutum. Caput subtus et pectus villis ferrugineis hirta; femora interius pilis ferrugineis ciliata. Anus supra utrinque puncto albo. Color variat viridissimus et auratus.

*Obs.* Quoniam auctores primarii de hoc *Scarabæo* nimis parcè disseruerunt, nobis liceat descriptionem fusius dare.

*nobilis.*

74. *Sc. auratus lævis*, abdomine posticè albo punctato, elytris rugosis.

*Linn. Syst. Nat.* 558. 81. *Faun. Suec.* 401. *Udd. Diss.* 1. *Brabm. Ins. Kal.* i. 145. 480. *Vill.* i. 34. 56. *Gmel.* 1582. 81. *Geoff.* i. 73. 6. *Fourc.* i. 6. 6. *Schrank.* 15. *Scop.* 18.

*Voet.* t. 4. f. 28. *Roes.* ii. 1. t. 3. f. 1—5. *Mart. Eng. Ent.* t. 3. f. 28.

*Cetonia nobilis.* *Fab. Syst. Ent.* 43. 5. *Sp. Ins.* i. 51. 6. *Mant.* i. 27. 9. *Ent. Syst.* i. b. 119. 2. *Fuesl. Ins. Helv.* 34.

*Oliv.* i. 6. 59. 72. t. 3. f. 10. a—c. *Jablonsk.* t. 27. f. 6.

*Trichius nobilis.* *Panz. Ent. Germ.* 218. 3. *Faun. Ingr.* 75. 232.

Long. corp. 9 lin.

Habitat —

DESCR.



DESCR. Corpus suprâ viridi-cupreum, nitidum. Thorax punctatus, lineâ longitudinali impressa. Elytra scabriuscula, interdum immaculata, interdum maculis albis adpersa. Abdomen ad latera et posticè albo-punctatum. Corpus subtùs cupreum, pectore villosò.

75. Sc. niger flavo-tomentosus, elytris flavis : *fasciatus*.  
ciis tribus nigris interruptis.

Linn. Syst. Nat. 556. 70. Faun. Suec. 395. Vill. i. 31. 51. Gmel. 1583. 70. Scop. 5. Schrank. 16. Geoff. i. 80. 16. Fourc. i. 9. 16. Poda. Mus. Græc. 20. 11. Fuesl. Nov. Mag. 375. 19. Petagn. Ins. Cal. 5. 20.

De Geer, iv. 299. 27. t. 10. f. 19. Voet. t. 5. f. 43. Schæff. Icon. t. 1. f. 4. Mart. Eng. Ent. t. 2. f. 10. Don. Brit. Ins. t. 140. Drury Ins. i. t. 36. f. 2. Act. Nidros. iv. 315. 3. t. 16. f. 2. mala.

Melolontha fasciata. Jablonsk. t. 27. f. 10. Fuesl. Arch. 77. 12. Herbst. Jablonsk. iii. 179. 128. t. 27. f. 10.

Cetonia fasciata. Oliv. i. 6. 61. 74. t. 9. f. 84.

Trichius fasciatus. Fab. Syst. Ent. 40. 1. Sp. Ins. i. 48. 1. Mant. i. 25. 1. Ent. Syst. i. b. 119. 4. Herbst. Arch. 17. 17. Fuesl. Arch. 77. 12. Ins. Helv. 30. Faun. Etrusc. 54. Hellw. 54. Panz. Ent. Germ. 218. 4. Laich. Tyr. Ins. 45. 1. Faun. Ingr. 75. 233. Payk. Faun. Suec. ii. 200. 4.

Roemer. t. 34. f. 4.

Long. corp. 8 lin.

Habitat in floribus *Syringæ*, *Filipendulæ*. Linn.

Captus prope Aberdoniam. D. Townson.

DESCR. Antennæ nigro-brunnæ. Caput et thorax nigra, pilis densis, erectis, fulvis. Scutellum nigrum. Elytra pallidè flava, maculis tribus transversis marginibusque tenuissimè nigris. Corpus subtùs nigrum, thorace pilis rufis. Abdominis apex luteus, maculâ nigrâ. Pedes nigri. Oliv.

76. Sc. nigro-æneus, thorace villosò, elytris lividis : *Agricola*.  
limbo fasciâque arcuatâ nigris.

Linn.

*Linn. Syst. Nat.* 553. 58. *Schrank.* 17. *Poda Mus. Græc.* 21.

*Sc. Cyathiger. Scop.* 6.

*Melolontha Agricola. Fab. Syst. Ent.* 37. 29. *Sp.*

*Ins.* i. 43, 44. *Mant.* i. 23. 57. *Ent. Syst.* i. b. 173.

74. *Laich.* i. 39. 4. *Panz. Ent. Germ.* 224. 17.

*Oliv.* i. 5. 61. 84. t. 9. f. 104. t. 2. f. 19. *Petagn. Ins.*

*Cal.* 5. t. 1. f. 2, 3, 4. *Schæff. Icon.* t. 63. f. 1. *Panz.*

*Faun. Germ.* 47. t. 18. *Voct.* t. 8. f. 67. *Herbst.*

*Jablonsk.* iii. 101. 51. t. 24. f. 10, 11.

Long. corp. 7 lin.

Habitat Glamorganiaë. In mus. *D. Donovan.*

DESCR. Statura *Sc. Horticolæ* sed minor, nigro-æneus, villosus. Caput et thorax nigro-ænea, albo-villosa. Elytra glabra, livida, maculâ scutellari ambitu nigro; fasciâ in medio recurvatâ nigrâ, quæ non tangit nigredinem lateralem. Ungues purpurei. Capitis labium adscendens. Brachia bidentata. *Linn. Syst. Nat.*

*Variat* elytris nigris, maculâ scutellari nigrâ testaceo cinctâ. *Oliv.*

*Donovani.* 77. *Sc.* nigro-æneus, elytris punctato-striatis testaceis: suturâ limbo apice fasciâque undulatâ nigris.

An *Melolontha crucifer.* *Herbst. Jablonsk.* iii. 100. 50. t. 24. f. 9.?

Long. corp. 5 lin.

Habitat Glamorganiaë. In mus. *D. Donovan.*

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Caput, thorax et scutellum nigro-ænea. Elytra punctato-striata, testacea, fasciâ mediâ undulatâ suturâ apice lateribusque nigris. Corpus subtùs piceum, cinereo-pubescens. Pedes picei.

*Horticola.* 78. *Sc.* capite thoraceque cæruleo subpiloso, elytris testaceis, pedibus nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 554. 59. *Faun. Succ.* 391. *Vill.* i.

27. 42. Gmel. 1559. 59. Schrank. 18. Geoff. i.  
75. 8. Fourc. i. 7, 8. Pontop. Dan. Atl. i. 665. 13.  
Schæff. Icon. t. 23. f. 4. Voet. t. 10. f. 86. et t. 8. f. 69.  
Mart. Eng. Ent. t. 4. f. 43.

Sc. viridicollis. De Geer, iv. 278. 24. t. 10. f. 18.

Sc. adiaphorus. Scop. 10.

Melolontha Horticola. Fab. Syst. Ent. 37. 28. Sp.  
Ins. i. 42. 41. Mant. i. 22. 50. Ent. Syst. i. b.  
171. 68. Laich. i. 40. 5. Faun. Etrusc. 46. Faun.  
Ingr. 78. 239. Helv. 46. Panz. Ent. Germ. 223. 14.  
Petagn. Ins. Cal. 5. 17. t. 1. f. 5. Jablonsk. t. 25. f. 1.  
Herbst. Arch. 15. t. 19. b. f. 23. Fuesl. Arch. 76. a.  
t. 19. b. f. 23. Ins. Helv. 22. 76. a. Oliv. i. 5.  
62. 85. t. 2. f. 17. Panz. Faun. Germ. 47. t. 15.

Long. corp. 5 lin.

Habitat in hortis.

DESCR. Antennarum' caulis ferrugineus est.

Variat capite thoraceque viridi et cæruleo. An sexûs  
differentia?

Obs. 1. Variat capitulo antennarum toto rufo, et corpore  
magis oblongo. Villers.

Obs. 2. Tibiæ anticæ bidentatæ, necnon unidentatæ,  
uti posuit Scop.

79. Sc. niger, subtùs argenteo-nitens, elytris cas-argenteus. var.  
taneis, pedibus nigris.

Gmel. 1564. 265. Scop. 9. Brabm. Ins. Kal. i. 127. 443.  
Petagn. Ins. Cal. 4. 15. Poda Mus. Græc. 20. 9.  
Voet. t. 8. f. 68. ? Mart. Eng. Ent. t. 2. f. 11.

Melolontha argentea. Fab. Syst. Ent. 38. 32. Sp.  
Ins. i. 44. 48. Mant. i. 23. 61. Ent. Syst. i. b.  
174. 80. Laich. 42. 7. Faun. Etrusc. 48. Hellw. 48.  
Ins. Helv. 35. 3. Panz. Ent. Germ. 225. 21.  
Panz. Faun. Germ. 28. t. 18. Oliv. i. 5. 67. 91. t. 3.  
f. 22. a—d.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in floribus.

DESCR. Affinis Sc. Horticolæ, sed obscurior. Caput  
et thorax nigra, obscura, punctulata, pilis brevissimis  
obsita. Scutellum nigrum, concavum, obtusum. Ely-  
tra

tra rufo-testacea, posticè gibba. Corpus subtùs nitet, polline sive squamulis viridi-argenteis. Pedes variant picei et rufo-testacei; ungues postici parum elongati.

*Obs. 1.* Squamulæ argenteæ abdominis sæpius vix conspiciendæ forsàn vi quâdam illatâ deciduæ.

*Obs. 2.* Habitat in pratorum plantis et arboribus, primum a me visus Julii 6°. 1793, quando innumeri circa fraxinos in prato quodam instar apum volitabant, et post horam meridianam omninodisparuere. *D. Kirby.*

*pulveru-  
lentus.*

80. Sc. niger, corpore polline virescenti-argenteo, elytris pedibusque rufis.

*Gmel.* 1565. 273.

*Sulz. t. 1. f. 8. mala.*

*Melolontha pulverulenta. Fab. Sp. Ins. i. 45. 56. Mant. i. 24. 69. Ent. Syst. i. b. 178. 93.*

*Long. corp. 4½ lin.*

*Habitat — Captus volando in horto. D. Kirby.*

**DESCR.** Clypei margo, oculi, antennæ, palpi rufa. Thorax subtùs ubi caput inseritur setis fulvis ciliatis. Pedes et elytra rufa, conspersa, uti totum insectum, præsertim subtùs, squamis viridi-argenteis. Ungues primi et secundi paris fissi, unguiculis interioribus brevioribus. Unguiculus posticus unicus.

## 2. LUCANUS.

*Antennæ* fractæ clavatæ; clavâ compressâ, latere latiori pectinato-fissili.

*Maxillæ* porrectæ, exsertæ, dentatæ.

*Corpus* oblongum.

*Tibiæ* anticæ dentatæ.

*Cervus.*

1. Lu. niger, maxillis exsertis apice bifurcatis latere unidentatis.

*Linn.*

*Linn. Syst. Nat.* 559. 1. *Faun. Suec.* 405. *Payk. Faun. Suec.* iii. 45. 1. *Fab. Syst. Ent.* 1, 2. *Sp. Ins.* i. 1, 2. *Mant.* i. 1, 2. *Ent. Syst.* i. b. 236. 2. *Vill.* i. 41. 1. *Gmel.* 1588. 1. *Scop.* 1. *Schrank.* 32. *Raii Ins.* 74. 2. *Laich.* i. 1. *Poda Mus. Græc.* 21. 17. *Faun. Etrusc.* 1. *Hellw.* 1. *Herbst. Arch.* 2. 1. *Ins. Helv.* 39. *Preys. Bob. Ins.* 9. 4. *Goetz. E. B.* i. 118. 1. *Panz. Ent. Germ.* 244. 1. *Brabm. Ins. Kal.* i. 130. 446. *Harr.* 4. 1. *Oliv.* i. 1. 9. 2. t. 1. f. 1. a—d. *Roes. Ins.* ii. *Scar.* 1. t. 5. f. 7. 9. *De Geer,* iv. 327. 1. t. 12. f. 1. *Schæff. Icon.* t. 133. f. 1. *Hœfn. Ins.* t. 10. *Bergst. Nomencl.* iii. 18. 1, 2, 3. t. 3. f. 1, 2, 3. et t. 4. f. 1. *Donov. Brit. Ins.* t. 13. *Mart. Eng. Ent.* t. 5. f. 1. *Voet.* t. 29. f. 1. *Schluga.* t. 1. f. 1. *Aldrov. Ins.* 451. t. *super.* f. 1.

*Scarabæus Cervus.* *Faun. Fred.* 2. 14.

*Platycerus.* Le grand Cerf volant. *Geoff.* i. 61. 1. t. 1. f. 1. *Fourc.* i. 2. 1.

Long. corp. maris 2 unc. 2 lin. fœm. 1 unc. 8 lin.

Habitat in ligno quercino putrido.

**DESCR.** Os prominens maxillis duabus lunulatis, nigris angulatis, prominentibus, a latere interiore duplici denticulo armatis, qui denticuli in utrâque maxillâ duo sive pares, quorum unus inferior, alter superior. Thorax lævis, convexus, niger, marginatus, absque marginibus ullis elevatis. Elytra lævia, nigro subpurpurascencia, marginata. Pedes serrati. Thoracis margines antici et postici villis cæsiis instructi. *Faun. Suec.*

**Fœmina** mari omnino formâ simillima at minor; tum etiam maxillæ dentibus circiter 7 sub-æqualibus approximatis, nec uno maximo remoto. Inter omnes auctores qui de hoc *Lucano* dixerunt, nemo fœminam bene distinxit. *Geoffroyus* fœminam *Linnæi* ritè nominatam esse negavit. *Roeselius* hunc marem et inermem fœminam copulâ conjunctos vidit, et indè ejusdem speciei habuit. Auctoritas tanti viri alios etiam *Linnæum* ipsum cepit. At sanè sæpius licet species varias suis congeneribus variè conjunctas videre—*Coccinellæ* et *Cicadæ* exempla satis superque exhibent.

bent. Fœminam igitur Linnæi excludens, et synonyma eidem adscripta ad *L. inermem* referas: et nos etiam Geoffroyii sententiam comprobamus, cornutos enim copulâ conjunctos cepimus.

*inermis.*

2. *Lu. convexus brunneus*, maxillis brevibus: dente laterali elevato.

*Lucanus Cervus. Faun. Suec. 405. Var. β. Gmel. 1588. 1. Var. (b). Gron. Zooph. 446. Fab. Ent. Syst. i. b. 236. 2. Var. β.*

*Oliv. i. 1. 10. t. 1. f. 1. Roes, ii. 1. t. 5. f. 8. De Geer, iv. 331. t. 12. f. 7. Schæff. Icon. t. 133. f. 2. Elem. t. 9. f. 1. Bergst. Nomencl. i. 25. 2, 3. t. 4. f. 2, 3. Mart. Eng. Ent. t. 5. f. 2. Voet. t. 29. f. 2.*

*Lucantis Dorcas. Harr. 5. 2.*

*Platycerus. La grande Biche. Geoff. i. 62. 2. Fourc. i. 2. 2.*

Long. corp. 1 unc. 7 lin.

Habitat —

DESCR. Hæc species a plurimis fœmina præcedentis ducta est. Geoffroyus primus errorem feliciter detexit. Marem quippe et fœminam copulâ conjunctos cepit. Non plurimum absimilis *Lu. parallelipipedo*, at differt colore brunneo nec nigro, et corpore valdè convexo; tum plusquam quadruplo major.

*parallelipipedus.* 3. *Lu. depressus niger*, maxillis dente laterali elevato.

*Linn. Syst. Nat. 561. 6. Fab. Syst. Ent. 2. 6. Sp. Ins. i. 2. 6. Mant. i. 1. 7. Ent. Syst. i. b. 239. 11. Vill. i. 42. 2. Gmel. 1590. 6. Schrank: 19. 33. Laich. 3. 2. Scop. Ann. Hist. 5. 76. 12. Faun. Etrusc. 3. Hellw. 3. Preys. Bob. Ins. 10. 5. Herbst. Arch. 2. 2. Fuesl. Arch. 65. 1. Ins. Helv. 41. Panz. Ent. Germ. 244. 2. Brabm. Ins. Kal. i. 133. 454. Goez. E. B. i. 122. 6. Payk. Faun. Suec. iii. 47. 2.*

*Oliv. i. 1. 17. 11. t. 4. f. 9. a, b. De Geer, iv. 334. 2. t. 12. f. 9, 10. Schæff. Icon. t. 63. f. 7. Elem. t. 101.*

t. 101. f. 1. Voet. t. 30. f. 7. Bergst. Nomencl. i.  
 3, 4. t. 1. f. 3, 4. Panz. Faun. Germ. i. 19.  
 Jablonsk. t. 34. f. 5. Mart. Eng. Ent. t. 5. f. 3, 4.  
 Pont. Dan. Atl. i. 666. 21. t. 29. f. 1.

Lucanus infractus. Bergst. Nomencl. i. 8. 2. t. 8. f. 2.

Lu. bipunctatus. Pont. Dan. Atl. i. 666. 21. t. 29. f. 2.  
 mas.

Lu. Damæ. Harr. 5. 3.

Lu. Capra. Panz. Faun. Germ. 58. t. 12.

Platycerus. La petite Biche. Geoff. i. 62. 3. Fourc. i. 2, 3.

Long. corp. i unc.

Habitat in *Fraxini* excavationibus putrescentibus.

D. Lathbury.

DESCR. Ita similis facie, structurâ, antennis et omnibus  
*Lu. inermi*, ut, nisi multo minor esset, eundem diceret; ;  
 sed color ater, non brunneus, et corpus magis de-  
 pressum.

Alter sexus capite nitidiusculo scabriusculo, tuberculis  
 duobus mediis approximatis. Alter capite lævi, obscuro,  
 inermi.

Synonymis auctorum ritè perpensis profiteor me quo-  
 dammodò hære, an iste cui caput tuberculis ornatur  
 species distincta sit, an mera ex sexu differentia. Sin  
 sententia mea necesse in alterutram cogatur partem,  
 potiùs videtur speciem distinctam non esse, tametsi  
 Panzer, Bergstraesser aliique locum inter species ad-  
 hibuerint. Invenimus enim ambos hos semper con-  
 sociatos, in iisdem arboribus, eodemque tempore.  
 Neque etiam consenserunt Entomologi, uter horum  
 sit mas aut fœmina. Tuberculatum Geoffroyus marem  
 esse affirmat; Bergstraesser autem suam *paralleli-  
 pedi* fœminam tuberculis insigniri strenuè contendit.  
 Differentia sane summa inter hos *Lucanos* patet.  
 Scilicet *Lu. parallelipipedus* verus dentem in maxillis  
 lateralem elevatum habet, prout Illust. Linnæus  
 optimè disseruit; in altero, verò, dentes minores sunt,  
 nec elevati. Caput etiam et thorax prioris minùs  
 convexa sunt, porrò obscura nigra, punctulis minutis-  
 simis impressis—Posterus autem nitet, et punctis pro-  
 fundè impressis obsitus est, unde fere rugosus evadit.

*cylindricus*. 4. Lu. cylindricus ater, thorace anticè truncato quinquedentato, capite anticè cornù erecto.

*Laich. Tyr. Ins.* 3, 4.

Lucanus Tenebroides. *Scop. Ann.* 5. *Nat. Hist.* 10.

Scarabæus cylindricus. *Linn. Syst. Nat.* 544. II. *Faun.*

*Suec.* 380. *Fab. Syst. Ent.* 12. 33. *Sp. Ins.* i. 12.

39. *Mant.* i. 6. 41. *Gmel.* 1532. II. *Preys.*

*Bob. Ins.* 29. 27. *Herbst. Arch.* 4. 4. *Harr.* 8. 5.

*Goeze*, i. 10, II. *Fuesl. Nov. Mag. Van Mol.* 378.

27.

*Oliv.* i. 3. 47. 54. t. 9. f. 80. a—c. *De Geer*, iv. 258.

3. t. 10. f. 2. *Voet.* t. 20. f. 131. *Schæff. Icon.* 3.

t. 201. f. 1, 2. *Jablonsk.* t. 6. f. 8, 9. *Vill.* i. 12.

3. t. 1. f. 1. *Panz. Faun. Germ.* 2. t. 1. mas. *Mart.*

*Eng. Ent.* t. 3. f. 20, 21.

*Sinodendron cylindricum.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 358. 1.

*Payk. Faun. Suec.* iii. 140. 1. *Panz. Ent. Germ.* 282. 1.

*Fuesl. Arch.* 67. 4. *Faun. Ingr.* 101. 306.

*Panz. Faun. Germ.* 1. t. 9. fœm.

Long. corp.  $8\frac{1}{2}$  lin. mas, 7 lin. fœm.

Habitat in truncis arborum.

DESCR. Niger cylindricus. Cornu ex apice rostri erectum, anticè glabrum, ponè villis fulvis hirtum. Thorax cylindricus, crassus, supra glaber, anticè excavato-truncatus, margine quinquedentato, quorum dens intermedius utrinque cavitate distinctus. Scutellum minutum. Elytra sulcata punctis excavatis scabra. *Faun. Suec.*

Maxillæ parvæ, exsertæ, lunulatæ. Cornu fœminæ brevius.

*Caraboides*. 5. Lu. cærulescens, maxillis lunulatis, thorace marginato.

*Linn. Syst. Nat.* 561. 7. *Faun. Suec.* 407. *Payk.*

*Faun. Suec.* iii. 49. 4. *Fab. Syst. Ent.* 3. 8. *Sp.*

*Ins.* i. 3. 9. *Mant.* i. 2. 12. *Ent. Syst.* i. b. 239.

14. *Gmel.* 1591. 7. *Herbst. Arch.* 2. 4. *Ins.*

*Helv.* 42. *Faun. Etrusc.* 4. *Hellw.* 4. *Preys.*

*Bob. Ins.* 11. 6. *Scop.* 2. *Uddm. Diss.* 40. ? *Laich.*

*Tyr. Ins.* 3. 3. *Harr.* 6. 4. *Faun. Ingr.* 85. 263.

*Goeze*, E. B. i. 123. 7.

*Oliv.*



*Oliv.* i. 1. 20. 14. t. 2. f. 2. c, d. *Vill.* i. 43. 3. t. 1.  
 f. 4. *Schæff.* *Icon.* t. 6. f. 8. *Voet.* t. 30. f. 8.  
*Jablonsk.* t. 34. f. 6, 7. *Mart. Eng. Ent.* t. 5. f. 5.  
*Lucanus Caprea.* *De Geer,* iv. 334. 3. t. 12. f. 11.  
*Platycerus.* *La Chevrette bleue.* *Geoff.* i. 63. 4. *Fourc.* i.  
 3, 4.

Long. corp. 6 lin.

Habitat —

DESCR. *Statura Carabi minoris.* Cærulescenti-niger.  
 Thorax marginatus. Maxillæ prominentes, lunatæ.  
 Antennæ capitulo latere quadrifoliato. Pedes nigri.  
 Femora antica ad basin maculâ albâ mutilata. *Faun.*  
*Suec.*

*Variat colore viridi et cæruleo.* *Vill.*

### 3. IPS.

*Antennæ* clavatæ, capitulo sub-solido.

*Thorax* sub-globosus, caput recipiens.

*Corpus* cylindricum.

*Tibiæ* sæpiùs dentatæ.

1. I. testaceus pilosus, elytris striatis retusis præ-typographus-  
 morso-dentatis.

*De Geer,* v. 193. t. 6. f. 1, 2. *Act. Acad. Suec.* 1752.  
 t. 3. f. 11, 12.

*Dermestes typographus.* *Linn. Syst. Nat.* 562. 7. *Faun.*  
*Suec.* 418. *Vill.* i. 46. 6. *Schrank.* 25. 42. *Act.*  
*Nidros.* 3. 383. 1.

*Sulz. Ins.* t. 2. f. 4.

*Bostrichus typographus.* *Fab. Syst. Ent.* 59. 2. *Sp.*

*Ins.* i. 67. 3. *Mant.* i. 36. 4. *Ent. Syst.* i. b. 365. 3.

*Gmel.* 1601. 4. *Panz. Ent. Germ.* 285. 2. *Fuesl.*

*Arch.* 83. 2. *Payk. Faun. Suec.* iii. 145. 1.

Panz. *Faun. Germ.* 15. t. 2. *Faun. Ingr.* 102. 307. t. 2. f. *Herbst. Jablonsk.* v. 81. 1. t. 48. f. 1.

Long. corp. 3 lin.

Habitat intra cortices truncorum labyrinthos formans. *Linn.*

DESCR. Elytra striata, striis ex punctis impressis, posticè retusa, marginata, tridentata.

*micrographus.* 2. I. testaceus glaber, elytris apice retuso-dentatis. *De Geer*, v. 195. 4.

*Dermestes micrographus.* *Linn. Syst. Nat.* 562. 9. *Faun. Suec.* 419. *Vill.* i. 47. 8.

*Bostrichus micrographus.* *Fab. Mant.* i. 37. 7. *Ent. Syst.* i. b. 366. 8. *Gmel.* 1601. 7. *Payk. Faun. Suec.* iii. 155. 14. *Fuesl. Arch.* 83. 5.

*Panz. Faun. Germ.* 66. t. 13.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat intra cortices arborum emortuarum; *Quercuum* etiam *robur* perforans. *Linn.*

DESCR. Corpus nigrum, teres. Antennæ, thorax, elytra, pedesque testacea. *Syst. Nat.* Elytra apicem versus pilis longis adpersa. *Faun. Suec.*

*polygraphus.* 3. I. testaceus pilosus, elytris glaucis obtusiusculis.

*De Geer*, v. 196. 5.

*Dermestes polygraphus.* *Linn. Syst. Nat.* 562. 10. *Faun. Suec.* 420. *Vill.* i. 47. 9. *Scrank.* 33. 58.

*Bostrichus polygraphus.* *Fab. Gen. Ins. Mant.* 211. 3, 4. *Sp. Ins.* i. 68. 5. *Mant.* i. 37. 6. *Ent. Syst.* i. b. 365. 6. *Gmel.* 1601. 6. *Panz. Ent. Germ.* 285. 4. *Faun. Ingr.* 102. 309. *Payk. Faun. Suec.* iii. 155. 15. *Fuesl. Arch.* 83. 3.

*Panz. Faun. Germ.* 15. t. 5.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat sub arborum corticibus: labyrinthis pinatis. *Linn.*

DESCR.

DESCR. Minor *I. micrographo*, cylindricus. Elytris non striatis, magis glaucis, posticè obtusis, vix rufis.  
Faun. Suec.

4. *I. rufo-ferrugineus*, antennis pedibusque testaceis, elytris subretusis punctato-striatis.

Fab. Ent. Syst. i. b. 367. 16. Payk. Faun. Suec. iii. 154. 13.

Panz. Faun. Germ. 15. t. 8.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat —

DESCR. Pilis longis rariùs adpersus, præsertim apices elytrorum. Thorax punctulatissimus, teretiussculus. Elytra excavato-punctata, punctis per stria digestis, retusa.

5. *I. fuscus*, antennis pedibusque testaceis, elytris retusis confertiùs punctulatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat —

DESCR. Præcedenti simillimus, sed dimidio minor, magis fuscus. Elytra confertim absque ordine leviter punctulata.

6. *I. glaber*, elytris truncatis integris, abdomine *Scolytus*. retuso, fronte villosâ cinerascenti.

Le Scolite, Geoff. i. 310. 1. t. 5. f. 5.

Bostrichus Scolytus. Fab. Syst. Ent. 59. 4. Sp. Ins. i.

68. 6. Mant. i. 37. 9. Ent. Syst. i. b. 366. 9.

Gmel. 1602. 9. Payk. Faun. Suec. iii. 151. 9. Panz.

Ent. Germ. 286. 7.

Panz. Faun. Germ. 15. t. 6. Schæff. Elem. t. 112.

Sulz. t. 11. f. 13.

Ekkoptogaster Scolytus. Herbst. Jablonsk. v. 125. 1.

t. 49. f. 1, 2.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$ —3 lin.

B 3

Habitat

Habitat sub corticibus *Ulm*i, quas miserè destruit.

*Fab.*

DESCR. Totus glaber nitidus. Caput et thorax atra, lævissima, nitida, longitudine elýtrorum. Elytra striata, picea, apice truncata, integra, abdomine paulo longiora. Abdomen nigrum, valde retusum. *Ent. Syst.*

*inermis.*

7. I. fuscus, elytris testaceis: maculâ communi fuscâ, abdomine inermi.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. *I. multistriato* similis, sed abdomen non mucronatum. Supra glaber, nitens. Antennæ testaceæ, clavis compressis obtusis. Elytra testacea, leviter striata, interstitiis inordinatim punctulatis. Pedes ex luteo testacei, femoribus fuscis.

*multistriatus.*

8. I. fuscus, elytris sub-truncatis piceis strijs plurimis punctatis, abdomine subtùs mucronato.

An *Bostrichus crenatus*. *Fab. Mant. i. 37. 10. Ent. Syst. i. b. 366. 10. Panz. Ent. Germ. 286. 8.?*  
*Panz. Faun. Germ. 15. t. 7.?*

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Fuscus, glaberrimus. Caput nudum. Thorax punctulatus. Elytra leviter striata, interstitiis striatim punctulatis. Abdominis segmentum primum (a basi) mucrone, anum versus spectante, armatum. Pedes rubelli.

*varius.*

9. I. subvillosus, corpore nigro cinereoque vario.

*Bostrichus varius. Fab. Syst. Ent. 60. 6. Sp. Ins. 69. 8. Mant. i. 38. 15. Gmel. 1603. 15.*

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in *Fraxino* quam perforat.

DESCR. Niger. Antennæ clavâ subacuminatâ solidiusculâ,

culâ, stipite rubello. Thorax et elytra fusca, sive fusco-nigra, villis subcinereis maculata. Pedes nigri, tarsis fuscis. Corpus subtùs villosulum.

10. I. ferrugineus, capite nigro, supra ferrugineo *griseus*.  
testaceoque varius.

*Bostrichus griseus. Soland. Mss.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat in cortice trabium navalium. Captus prope  
Hastingas, Sussexiâ.

DESCR. Præcedenti similis. Caput sub-nigrum. Antennæ ferrugineæ, capitulo minùs acuto. Corpus subtùs ferrugineum, pedibus anoque testaceis.

11. I. subtùs luteus, suprâ rufus, elytris luteo-*rufescens*.  
nebulosis.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat in cortice trabium navalium. Captus  
prope Hastingas, Aug. 1787.

DESCR. Statura præcedentium. Caput, thorax et elytra rufa, villis flavis consita et nebulosa. Subtùs totus testaceus, immaculatus. Oculi fuscis,

$\beta$ . *Variat* colore dilutiore.

12. I. cinereus, pedibus fuscis.

*sericeus.*

Long. corp.  $\frac{7}{8}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totus villis cinereis vestitus. Antennæ stipite testaceo. Elytra ferrugineo obscure nebulosa, striata.

13. I. ferrugineus, elytris lineâ obliquâ furcatâ *furcatus*.  
annuloque ad apicem albidis.

An *Bostrichus vittatus. Fab, Mant. i. 38. 16. ? Ent. Syst. i. b. 368. 22. ?*

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Kirby*.

**DESCR.** Antennæ, caput et thorax fusco-ferruginea. Thorax lineis tribus longitudinalibus, undulatis, sub-interruptis, albidis, unde videtur quasi albido maculatus. Elytra ferruginea. In utroque elytro linea albida angulosa obliqua a medio ad basin decurrens, denuo furcata. In ipso apice annulus albidus: linea prope suturam, quam autem non tangit, ortum capit. Pedes ferruginei.

*scaber.*14. *I. ater*, antennis tarsisque rufis, elytris striatis hispidiusculis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ——— Captus in Horto Kensingtoniano.

**DESCR.** Corpus quam præcedentium magis ovatum. Thorax sub lente punctulatissimus. Elytra striata, striis profundis, punctis impressis; porro pilis brevissimis rigidiusculis obsita. Abdomen atrum. Pedes atri, plantis ferrugineis.

*hæmorrhoidalis.*15. *I. niger*, antennis ferrugineis, elytris striatis posticè rufis.An *Bostrichus minutus*. *Panz. Faun. Germ. 15. t. II.?*

Long. corp. 1½ lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby*.

**DESCR.** Antennæ ferrugineæ. Caput nigrum, glabrum. Thorax niger, punctulatus. Elytra punctato-striata, anticè nigra, posticè rufa. Corpus subtus et pedes nigra.

*platycephalus.*16. *I. niger*, thorace globoso magno nitido, elytris obscuris fuscis profundè striatis,

Long. corp. 1¼ lin.

Habitat ———

**DESCR.** Antennæ ferrugineæ. Caput retusum, nigrum, nitidum. Thorax pro ratione animalculi magnus, globosus,

bosus, niger, nitidus. Elytra profundè striata, striæ punctis impressis. Abdomen nigrum. Pedes picei.

17. I. fuscus, elytris obscurè rubris.

*obscurus.*

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat —

DESCR. In plerisque thorax fuscus sive niger, sæpe etiam ejusdem cum elytris coloris est. Thorax et elytra pilis brevissimis rigidiusculis oblecta. Elytra striata, striis profundis, punctis impressis. Abdomen fuscum. Antennæ et pedes ferruginei.

18. I. subcylindricus nigro-piceus, elytris cre-*piniperda.*  
nato-striatis, antennis plantisque ferrugineis.

*De Geer*, v. 194. 2. t. 6. f. 8, 9.

*Dermestes piniperda.* *Linn. Syst. Nat.* 563. 11. *Faun. Suec.* 421.

*Bostrichus piniperda.* *Fab. Syst. Ent.* 60. 5. *Sp. Ins.* i. 68. 7. *Mant.* i. 37. 13. *Ent. Syst.* i. b. 367. 17. *Gmel.* 1602. 13. *Panz. Ent. Germ.* 287. 13. *Faun. Ingr.* 103. 310. *Payk. Faun. Suec.* iii. 152. 11. *Laich.* 67. 2.

*Panz. Faun. Germ.* 15. t. 9.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in ramulis inferioribus *Pini*, quos perforat, exsiccatur, unde naturæ hortulanus in hac arbore.

*Linn.* In *Pinis Suffolciæ.* *D. Kirby.* *Wiltoniæ.*

*D. Lambert.*

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Caput et thorax nigropicea. Thorax punctulis numerosissimis conspersa. Elytra scabra, sive irregulariter striata. Totum corpus pilis rigidis oblectum. Plantæ ferrugineæ.

*Variat* colore testaceo. Nuper forsitan e nympha declaratus. *Payk.*

19. I. ferrugineo-rufus, antennis pedibusque di-*rufus.*  
lutoribus.

Long.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus fere ejusdem coloris, et pilosum. Antennæ et pedes amœniores. Thorax punctulatus. Elytra punctulatissima et striata; striæ punctis impressis.

*coadunatus*. 20. I. fuscus, coleoptris rufescentibus: maculis communibus obsoletiusculis coadunatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ et pedes rufi. Caput et thorax fusca, sive nigra. Elytra striata ex ferrugineo rufa: ad suturam maculæ duæ sive tres communes utrique elytro, et coadunatæ, paulo saturatiores.

*piceus*.

21. I. niger, elytris pedibusque rufo-piceis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax nigra. Thorax punctis confertissimis impressis, lineâque longitudinali elevatâ. Elytra obscuro-picea, striata, striæ ex punctis valdè impressis. Subtùs niger. Pedes picei.

*rhododactylus*.

22. I. niger, villosus totus, plantis rufis.

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in ligno putrido *Ulicis Europæi*. D. Kirby.

DESCR. Totum corpus nigrum. Elytra striata, villosa, pilis argenteo-cinerascentibus. Plantæ pedum solæ rufæ.

*pubescens*.

23. I. villosus niger, antennis pedibusque flavescentibus, fronte villosâ.

Bostrichus pubescens. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 368. 19.

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR.



DESCR. Minor *I. piniperda*. Caput nigrum, fronte cinereo-villosâ. Thorax et elytra pubescentia, integra, nigra. Antennæ et pedes flavescentes.

24. *I. subcylindricus niger*, thorace punctulato, *niger*.  
elytris crenato-striatis, plantis piceis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

Ex mus. *Mifs Hill*.

DESCR. Corpus nigrum, elongatum, subcylindricum, punctulis sub lente numerosissimis conspersum. Elytra striata, striæ punctis impressis. Pedes concolores; at plantæ et aliquando tibiæ ex piceo rufescunt.

25. *I. subcylindricus niger*, thorace punctulato *ater*.  
carinato, elytris crenato-striatis, plantis piceis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Kirby*.

DESCR. Corpus nigrum, elongatum, subcylindricum. Thorax punctulis impressis, lineâ mediâ longitudinali elevatâ sive carinatâ. Elytra striata. Pedes concolores, plantis piceis.

26. *I. subcylindricus niger*, elytris sulcatis punctis magnis valdè impressis. *sulcatus*.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Corpus nigrum. Caput punctis minutissimis conspersum. Thorax punctis majoribus numerosissimis confluentibus. Elytra sulcata, et intra sulcos puncta magna profundè impressa. Plantæ rufæ.

27. *I. fuscus elongatus*, elytris crenato-striatis. *Boleti*.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Boleto*.

Ex mus. *D. Crabbe*.

DESCR.

DESCR. Statura fere *I. atri*, sed major, longior. Totus fuscus, seu nigro-piceus. Antennæ autem paululum rufescunt. Thorax nitidus, punctulatus. Elytra punctato-striata, striarum interstitiis punctulatis.

---

#### 4. DERMESTES.

*Antennæ* clavatæ: capitulo perfoliato, articulis tribus crassioribus.

*Caput* sub thorace inflexum conditum.

*Thorax* convexus, vix marginatus.

*Elytra* immarginata.

\* *Corpore oblongo.*

\*\* *Corpore ovato, antennarum articulo extremo obtuso.*

\*\*\* *Corpore ovato, antennarum articulo extremo acutiusculo.*

---

\* *Corpore oblongo.*

*lardarius.* 1. *D. niger*, elytris anticè cinereis: punctis atris.  
*Linn. Syst. Nat.* 561. 1. *Faun. Suec.* 408. *Faun. Ingr.* 40. 124. *Fab. Syst. Ent.* 55. 1. *Sp. Ins.* i. 63. 1. *Mant.* i. 34. 1. *Ent. Syst.* i, a. 227. 1. *Vill.* i. 44. 1. *Gmel.* 1592. 1. *Geoff.* i. 101. 5. *Fourc.* i. 18. 5. *Raii Ins.* 107. 4. *Scop.* 34. *Schrank,* 40. *Pod. Mus. Græc.* 22. 1. *Preys. Bob. Ins.* 13. 10. *Faun. Fred.* 2. 15. *Pontop. Dan. Atl.* i. 666. 1. *Panz. Ent. Germ.* 94. 1. *Faun. Etrusc.* 73. *Hellw.* 73. *Laich.* 59. 1. *Payk. Faun. Suec.* i. 276. 1. *Harr.* 41.  
*De Geer,* iv. 192. 1. t. 7. f. 15. *Gleich. Obs. Micros. Sup.*

*Sup.* 20. t. 9. f. 1—9. *Oliv.* ii. 9. 6. 1. t. 1. f. 1—6.  
*Voet.* t. 31. f. 1. *Frisch.* v. 25. t. 9. *Herbst.*  
*Jablonsk.* iv. 115. 1. t. 40. f. 1. *Lister.* *Goed.* t. 114. ?

Long. corp. 4 lin.

Habitat in animalibus, lardo, carnibus, repositoriis  
 culinariis infestus. *Linn.*

DESCR. Niger. Elytra anticè cinerea, punctis tribus  
 atris.

2. *D. tomentosus* fusco cinereoque nebulosus, scu-*murinus.*  
 tello fulvo.

*Linn. Syst. Nat.* 563. 18. *Faun. Suec.* 426. *Faun.*  
*Ingr.* 41. 128. *Fab. Syst. Ent.* 56. 7. *Sp. Ins.* i.  
 64. 10. *Mant.* i. 35. 12. *Ent. Syst.* i. a. 230. 14.  
*Vill.* i. 50. 17. *Gmel.* 1595. 18. *Scop.* 35.  
*Schrank,* 41. *Faun. Fred.* 3. 21. *Geoff.* i. 102. 7.  
*Fourc.* i. 19. 7. *Pontop. Dan. Atl.* 667. 8. *Faun.*  
*Etrusc.* 74. *Hellw.* 74. *Laich.* i. 60. 2. *Payk. Faun.*  
*Suec.* i. 277. 2. *Panz. Ent. Germ.* 98. 15. *Harr.* 44.  
*Oliv.* ii. 9. 9. 5. t. 1. f. 3. *Voet.* 57. t. 31. f. 11.  
*Schæff. Icon.* t. 42. f. 1, 2. *Brabm. Ins. Kal.* i.  
 33. 114. *Frisch.* iv. t. 18. *Herbst. Jablonsk.* iv.  
 120. 2. t. 40. f. 2.

*Dermestes nebulosus.* *De Geer,* iv. 197. 2.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in cadaveribus.

DESCR. Corpus convexum, murini coloris, cinereum sive  
 potiùs nigrum incano maculatum, læve, non striatum.  
 Superficies (lente visa) hirsuta. Scutellum dorsi fla-  
 vescens. Pectus et abdomen subtùs alba, sive ex nigre-  
 dine alba. Antennæ compressæ perfoliatæ. Caput  
 non retrahit, sed pectore prominet incurvato capite.  
 Datur alia duplo major, magis nigricans: an fœmina?  
 Complicat pedes miro artificio: complicatus ovatus est.  
*Faun. Suec.*

3. *D. ater*, pilis argenteis undique obsitus.

*tessellatus.*

*Fab. Ent. Syst.* i. a. 230. 15.

An

An Dermestes tessellatus. *Oliv.* ii. 9. 9. 7. t. 2. f. 10.  
a, b. ?

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis præcedenti, sed planior. Tum elytra  
obsoletè striata, punctata, punctis numerosissimis  
minutissimis. Antennarum clava rufo-ferruginea.  
Corpus totum pilis longiusculis appressis argenteis  
obsitum. Thorax ut in præcedenti.

*undatus.*

4. *D. niger*, elytris fasciâ albâ lineari duplici un-  
dulatâ.

*Linn. Syst. Nat.* 562. 3. *Vill.* i. 45. 3. *Gmel.* 1592. 3.  
*Panz. Ent. Germ.* 96. 9. *Fab. Syst. Ent.* 56. 5.  
*Sp. Ins.* i. 64. 6. *Mant.* i. 34. 6. *Ent. Syst.* i. a.  
228. 6. *Fuesl. Arch.* 80. 1. *Faun. Ingr.* 41. 127.  
*De Geer*, iv. 199. 5. *Laich.* 61. 3. *Poda*, 22.  $\beta$ . 4.  
*Payk. Faun. Suec.* i. 278. 3. *Harr.* 46.

*Oliv.* ii. 9. 12. 11. t. 1. f. 2. a, b. *Schæff. Icon.* t. 157.  
f. 7. a, b. *Herbst. Jablonsk.* iv. 131. 12. t. 40. f. 9. G.  
*Scriba*, 221. 32. t. 14. f. 3.

*Dermestes undulatus.* *Faun. Suec.* 410.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$ — $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in putridis, suffocatis, in floribus, et sub  
corticibus arborum. *Panz.*

DESCR. Niger. Elytra duplici lineâ transversâ albâ  
et undulatâ notata, quarum alia ab alterâ valdè remota.  
*Faun. Suec.*

Multo minor *D. lardario*. Thorax maculis tribus  
albis posticè, una ad scutellum juncta, una major ad  
angulum posteriorem utrinque posita.

*rufipes.*

5. *D. niger*, elytris striatis, tibiis plantisque rufis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ——— Captus in littora prope Landguard-  
Fort, Suffolciâ. *D. Kirby.*

DESCR. Caput valdè deflexum. Elytra striata, striis  
circiter

circiter decem. Abdomen pilis pallidis adpressis subtomentosum.

6. *D. niger*, coleoptris punctis albis binis. *Pellio.*

*Linn. Syst. Nat.* 562. 4. *Faun. Suec.* 411. *Vill.* i. 45. 4. *Gmel.* 1593. 4. *Scop.* 37. *Schrank*, 48. *Fab. Syst. Ent.* 53. 4. *Sp. Ins.* i. 63. 5. *Mant.* i. 34. 5. *Ent. Syst.* i. a. 228. 5. *Faun. Ingr.* 41. 126. *Geoff.* i. 100. 4. *Fourc.* i. 18. 4. *Faun. Fred.* 2. 16. *Pod. Mus. Græc.* 22. 3. *Rai.* 85. 35. *Pontop. Dan. Atl.* i. 667. 2. *Faun. Etrusc.* 75. *Hellw.* 75. *Laich.* 62. 4. *Panz. Ent. Germ.* 95. 5. *Payk. Faun. Suec.* i. 279. 4. *Harr.* 45. *Oliv.* ii. 9. 11. 10. t. 2. f. 11. a, b. *Schæff. Icon.* t. 42. f. 4. *Donov. Brit. Ins.* t. 231. 3. *Frisch.* v. 22. t. 8. *Sulz. Char. Ins.* t. 2. f. 5, 6. *Herbst. Jablonsk.* iv. 128. 11. t. 40. f. 8.

*Dermestes bipunctatus.* *De Geer*, iv. 197. 3.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in carnibus, pellibus, vestimentis, cibis, parietibus. Larva cauda pilosa.

DESCR. Ater. Punctum album in singulo elytro, ut clausis elytris duo puncta alba in dorso appareant. Sunt tamen, si probè adspicias, adhuc 5 alia puncta alba, scilicet unum ad scutum dorsale, unum utrinque ubi pectus adnectitur elytris, et unum lineare in singulo elytro versus ejus basin, quæ quinque puncta minima sunt, et in quibusdam planè absunt, excepto puncto scuti. Venter cinereo-villosus. Femora et tibiæ piceæ, plantis rufis. Tactus, terrefactus, aut ubi periculum videt, contrahit pedes et caput.

*Variat* elytris rufo-fuscis nec atris.

7. *D. niger*, antennis flavis : clavâ oblongâ serratâ. *Serra.*

*Fab. Ent. Syst.* i. a. 234. 40.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in *Boleto*, *Salice*, et sub cortice *Quercûs*.

Captus in Horto Kensingtoniano.

DESCR.

**DESCR.** Insectum singulare. Statura et habitus *D. Pelionis*. Corpus totum atrum, nitidum, immaculatum. Antennæ solæ flavæ, clavâ oblongâ haud perfoliatâ, sed altero latere tantum serrato. *Ent. Syst.*

*Obs.* Pedes ferruginei.

*flavescens.* 8. *D.* testaceus tomentosus, oculis nigris.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in floribus umbellatis ubique.

**DESCR.** Totum corpus unicolor sub-testaceum, tomentosum. Oculi solummodo nigri.

*tomentosus.* 9. *D.* tomentosus griseo-murinus, oculis nigris, antennis pedibusque testaceis.

*Fab. Syst. Ent.* 57. 13. *Sp. Ins.* i. 66. 17. *Mant.* i.

35. 20. *Ent. Syst.* i. a. 232. 24. *Vill.* i. 54. 30.

*Gmel.* 1596. 38. *Payk. Faun. Suec.* i. 282. 7.

*Oliv.* ii. 9. 14, 15. t. 3. f. 17. a—d. *Herbst. Jablonsk.* iv.

133. 14. t. 40. f. 11. *De Geer,* iv. 199. 4. t. 7. f. 18.

Long. corp. 2 lin.

Habitat cum præcedenti, sed rarior.

**DESCR.** Totum corpus supernè fuscum, griseo-murinum, tomentosum. Antennæ, pedes et abdomen subtus pallide testacea. Oculi nigri. Nimis affinis præcedenti.

An species distincta? An sexûs differentia?

*ochropus.* 10. *D.* sub-griseus, antennis capite thoracis dorso abdomineque fuscis, clytris apice pallidis.

Long. corp. 1½ lin.

Habitat ———

**DESCR.** Oblongus. Antennæ capitulo nigro, caule pallido. Caput nigro-fuscum. Thorax punctulatissimus, fuscus, lateribus rufescentibus. Elytra striata, striarum interstitiis punctulatissimis, saturatè grisea, apicibus pallidis. Pectus et pedes grisei. Abdomen nigro-fuscum.

11. *D. glaber* testaceus, oculis nigris. *fumatus.*

*Linn. Syst. Nat.* 564. 22. *Fab. Syst. Ent.* 57. 12.  
*Sp. Ins.* i. 66. 16. *Mant.* i. 35. 19. *Ent. Syst.* i. a.  
 231. 23. *Vill.* i. 51. 20. *Schrank.* 60. *Gmel.* 1595.  
 22. *Faun. Etrusc.* 84. *Hellw.* 84. *Geoff.* i. 104.  
 12. *Laich.* 63. 5.

*Dermestes stercoreus.* *Faun. Suec.* 432. *Fourc.* i. 20. 12.

*Dermestes Rosæ.* *Scop.* 39.

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus magnitudine pediculi, glabrum, testaceum colore ligni, pilis tectum, vix nisi oculo armato conspicuis. *Faun. Suec.*

\*\* Corpore ovato, antennarum articulo extremo obtuso.

12. *D. niger*, coleoptris maculis duabus rubris *Scarabæoi-*  
 duabus ferrugineis, thoracis margine pallido. *des.*

*Linn. Syst. Nat.* 563. 17. *Faun. Suec.* 428. *Vill.* i.  
 50. 16. *Scop.* 36. *Geoff.* i. 106. 17. *Brabm. Ins.*  
*Kal.* i. 67. 218. *Laich.* 80. 1.

*Don. Brit. Ins. t.* 231. f. 4. *Herbst. Jablonsk.* iv. 62. 1.  
*t.* 37. f. 1. *Voet. t.* 32. f. 1.

*Dermestes 4-maculatus.* *Schrank.* 43.

*Dermestes hortensis.* *Fourc.* i. 21. 17.

*Sphæridium Scarabæoides.* *Fab. Syst. Ent.* 66. 1. *Sp.*

*Ins.* i. 78. 1. *Mant.* i. 43. 1. *Ent. Syst.* i. a. 77. 1.

*Faun. Etrusc.* 114. *Hellw.* 114. *Panz. Ent. Germ.*

25. 1. *Faun. Ingr.* 7. 20. *Payk. Faun. Suec.* i. 54. 1.

*Panz. Faun. Germ.* 8. 2. *Oliv.* ii. 15. 4. 1. *t.* 1. f. a—e.

*Hister testudinarius.* *De Geer,* iv. 345. *t.* 12. f. 17.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in stercore bovino, sed non in floribus, ut ait *Linn.*

DESCR. Suprà sub lente punctulatissimus. Caput nigrum. Thorax niger, margine pallido pellucido. Elytra singula in disco maculâ rubrâ, in apice maculâ aliâ majore ferrugineâ, qui color apud marginem exteriorem altius excurrit. Pedes testacei, pellucidi, femoribus

maculâ nigrâ, tibiis spinosis. Agillimus, velocissimè  
sepeliens se in stercore vaccino.

*bipustulatus.* 13. *D. niger*, coleoptris maculis duabus ferrugineis, thoracis margine nigro.

*Vill.* i. 54. 32.

*Dermestes hæmmorrhous.* *Schrank.* 44.

*Dermestes testudinarius.* *Fourc.* i. 24. 29.

*Sphæridium bipustulatum.* *Fab. Sp. Ins.* i. 78. 2.

*Mant.* i. 43. 2. *Ent. Syst.* i. a. 78. 3. *Panz. Ent.*

*Germ.* 26. 3. *Preys. Bob. Ins.* 64. 62.

*Oliv.* ii. 15. 5. 2. *t. 2. f.* II. a, b. mala. *Herbst. Jablonsk.* iv. 66. 2. *t. 37. f.* 2.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Præcedenti simillimus, sed thorax margine nigro. Elytra apicibus ferrugineis, colore in marginem anteriorem non excurrente. Pedes nigri, femorum basi testaceâ.

*lunatus.* 14. *D. ater*, elytris maculâ apicis lunatâ margineque anteriore rubris.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in stercore.

Ex mus. *D. Cobbold.*

DESCR. *D. 4-maculato* simillimus proximus, sed thorax margine atro, nec pallido, subtus utrinque maculâ magnâ testaceâ, et elytra tantum maculâ unicâ rubrâ.

*4-maculatus.* 15. *D. niger*, elytris maculis duabus rubris.

Long. corp.  $2\frac{1}{3}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Præcedentibus simillimus, sed minor. Thorax et elytra margine anteriore pallido. Pedes testacei, femoribus maculâ nigrâ. Tibiæ spinosæ.

*marginatus.* 16. *D. ater* glaber, margine elytrorum flavescenti, pedibus rufis: femoribus nigro-annulatis.

*Geoff.*



Geoff. i. 107. 18.

*Dermeſtes gagatinus*. Fourc. i. 21. 18.

*Sphæridium marginatum*. Fab. Mant. i. 43. 5. Ent.

Syst. i. a. 80. 11. Panz. Ent. Germ. 27. 8. Preys.

Bob. Ins. 65. 63. Payk. Faun. Suec. i. 55. 2.

Oliv. ii. 15. 6. 4. t. 1. f. 3. a, b. Herbst. Jablonsk. iv.

67. 3. t. 37. f. 3.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Corpus atrum, glabrum, depressiusculum. Sub lente thorax et elytra punctulis minutissimis conspergi videntur. Margo ipse elytrorum tenuis flavescens. Pedes rufescentes, femoribus latis, compressis, nigro-annulatis.

17. *D. niger* subrotundus, elytris punctato-striatis, *lugubris*. pedibus brunneis.

Geoff. i. 107. 19. Fourc. i. 22. 19.

*Sphæridium lugubre*. Oliv. ii. 15. 7. 7. t. 2. f. 12. a, b.

*Sphæridium atomarium*. Fab. Syst. Ent. 67. 3. Sp.

Ins. i. 78. 5. Mant. i. 43. 7. Ent. Syst. i. a. 80. 13.?

Payk. Faun. Suec. i. 58. 6.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Similis *D. marginato*, at elytra punctato-striata. Corpus sub-hemisphæricum, nigrum, nitidum, pedibus abdominisque apice fusco-brunneis. Oliv.

18. *D. ater* glaberrimus nitidus, elytris maculâ *humeralis*. magnâ baseos sanguineâ: puncto atro medio.

*Tritoma bipustulata*. Fab. Syst. Ent. 68. 1. Sp. Ins. i.

80. 1. Mant. i. 44. 1. Ent. Syst. i. b. 505. 1.

Panz. Ent. Germ. 343. 1. Gmel. 1634. 1. Payk.

Faun. Suec. iii. 335. 1.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in *Corylo*.

*D. Beckwith*.

DESCR. Totum corpus glaberrimum nitet. Elytra maculam magnam sanguineam subtetragonam, ad marginem exteriorem baseos gerit. In hac autem maculâ ad basin punctum atrum.

*ruficollis.* 19. *D. niger*, thorace pedibusque rufis, elytris lævibus.

Sphæridium ruficolle. *Oliv.* ii. 15. 9. 11. t. 2. f. 7. a, b.  
Long. corp. lin.

Habitat ——— In mus. *D. Francis.*

DESCR. Corpus ovatum, subrotundatum, nigrum, nitidum, antennis, thorace, pedibusque rufis. Elytra lævia. Tibiæ inermes. *Oliv.*

*melanocephalus.* 20. *D. ater* glaber, elytris castaneis: maculâ communi baseos nigrâ.

*Linn. Syst. Nat.* 563. 16. *Faun. Suec.* 425. *Vill.* i. 49. 15.  
Sphæridium melanocephalum. *Fab. Syst. Ent.* 67. 4.  
*Sp. Ins.* i. 78. 6. *Mant.* i. 43. 8. *Ent. Syst.* i. a.  
80. 14. *Panz. Ent. Germ.* 28. 16. *Faun. Ingr.* 8.  
23. *Payk. Faun. Suec.* i. 61. 10.

*Oliv.* ii. 15. 8, 9. t. 1. f. 4. a, b. *Herbst. Jablonsk.* iv.  
74. 10. t. 37. f. 10.

Long. corp.  $\frac{7}{8}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Caput et thorax nigra. Elytra sub lente obsoletissimè striata, castanea, maculâ ad basin communi trigonâ nigrâ. Pedes castanei.

*similis.* 21. *D. ater* glaber, elytris totis castaneis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *D. melanocephalo*, à quo differt elytris omninò castaneis, nec maculâ communi ad basin suturæ atrâ: tum elytra in hoc pellucidiora; porro pedes ferruginei, nec castanei.

22. *D. niger glaberrimus*, elytris pedibusque *piceis*.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in hortis, ad capsas fimo æstuanti superimpositas.

DESCR. Caput et thorax ex piceo-nigra, nitida, glaberrima. Elytra, præcipuè si paulum eleventur, tota picea, apice pallidiori. Pedes etiam picei unicolores. Sub lente, elytra apparent obsoletissimè striata, striis punctatis, et porrò tota superficies punctulis minimis numerosissimis ornatur. Oculo optimè armato, thorax etiam punctula vix autem conspicienda præ se ferre visus est.

*Variat* elytris magis minusve striatis. An sexûs differentia?

23. *D. piceus glaberrimus nitidus*, thoracis *lateralis*.  
teribus pallidioribus, elytris obsoletè striatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat —

DESCR. Totum corpus unicolor, præterquam thoracis latera, quæ pallidiora. Thorax et elytra oculo armato punctulis minutissimis numerosissimis conspergi videntur. Elytra obsoletè striata punctulis impressis.

24. *D. ater glaberrimus nitidus*, elytris pedibus-*piceis*.  
que piceis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat —

DESCR. Antennæ atræ. Caput et thorax atra punctulatissima. Elytra striata, picea, striis ex punctulis impressis. Abdomen subtus nigro-testaceum. Pedes picei.

25. *D. obscuro-piceus*, capite nigro, elytris striatis. *sordidus*.

Long. corp. 1 lin.

Habitat —

DESCR. Antennæ nigrae, basi rufae. Caput nigrum. Thorax nigro-piceus, punctulatus. Elytra rufo-picea, striata, punctulis impressis. Pectus nigrum, punctulatum. Abdomen subtus rufo-ferrugineum, sive piceum. Pedes picei.

*Calthæ.* 26. *D. ater nitidus*, elytris striatis apice obsolete ferrugineis.

*Scop.* 18. 49. *Sbrank.* 50. *Vill.* i. 55. 39.  
Sphæridium hæmorrhoidale? *Fab. Syst. Ent.* 67. 5. *Sp.*  
*Ins.* i. 79. 7. *Mant.* i. 43. 9. *Ent. Syst.* i. a. 81.  
18. *Panz. Ent. Germ.* 29. 19. *Laich.* 44. 1.  
*Oliv.* ii. 15. 9, 10. t. 2. f. 6. a, b.? *Herbst. Jablonsk.* iv.  
73. 9. t. 37. f. 9.

Long. corp. 1. lin.

Habitat in floribus *Calthæ palustris*. Aprili.

DESCR. Saltatorius. Antennæ capitatae arctissime perfoliatae, basi pallida. Totum corpus sub lente punctis minutissimis aspergi videtur. Pedes setis rigidis spinosi, ut in *Scarabæis*.

*terminatus.* 27. *D. niger glaberrimus*, elytris striatis ad apicem ferrugineis, pedibus piceis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum, glaberrimum. Antennæ et pedes ferruginei. Elytra nigra, striata, striis concinne punctatis. Ad marginem apicis exteriorem macula magna pallide ferruginea; hæc macula apicem ipsum, et plus dimidiâ marginis exterioris parte occupat. Maximè affinis *D. piceo*, etiam striis et punctulis thoracis et elytrorum; sed minor, et macula apicis longè clarior et decuplo major.

*unipunctatus.* 28. *D. niger*, elytris lividis: maculâ communi nigra mediâ.

*Coccinella unipunctata.* *Linn. Syst. Nat.* 579. 6. *Faun. Suec.* 470. *Vill.* i. 94. 3.

Scarabæus

*Scarabæus unipunctatus.* *Fab. Syst. Ent.* 19. 78. *Sp. Ins.* i. 22. 95. *Mant.* i. 11. 104. *Jablonsk.* ii. 295. 190.

*Sphæridium unipunctatum.* *Fab. Ent. Syst.* i. a. 81. 20. *Laich.* i. 82. 2. *Panz. Ent. Germ.* 29. 20. *Faun. Ingr.* 8. 24.

*Panz. Faun. Germ.* 3. t. 1. *Oliv.* ii. 15. 6. 5. t. 2. f. 8. a, b. *Herbst. Jablonsk.* iv. 68. 4. t. 37. f. 4.

Long. corp.  $1\frac{1}{8}$  lin.

Habitat in fimo æstuanti.

DESCR. Caput et thorax atra, nitidiuscula. Elytra lurida, sive sordidè testacea, suturâ et maculâ utrique elytro communi, sub-cordatâ, sive subtrigonâ, medio dorsi sitâ, nigris. Antennæ, pedes et abdomen nigra, sive ex nigro picea. Antennis hujusce animalculi probè examinatis, procul dubio *Dermestem* censendum esse dicimus.

29. *D. ater* glaber, elytris testaceis obsoletè striatis. *quisquilius*:

*Scarabæus quisquilius.* *Linn. Syst. Nat.* 558. 83. *Faun. Suec.* 397. *Fab. Syst. Ent.* 20. 74. *Sp. Ins.* i. 21. 91. *Mant.* i. 11. 100.

*Scarabæus minimus.* *Scop.* 29,

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in stercore equino, Maio.

DESCR. Caput et thorax aterrimus, nitidiusculus. Elytra testacea, obsoletè striata, maculâ sæpiùs unâ aut alterâ obsoletâ, fuscâ. Abdomen nigrum. Pedes subferruginei. Femora autem basi nigra. Facies *Scarabæi*, at certè antennis *Dermestis*.

30. *D. ater* glaber, thoracis lateribus elytrisque *flavus*. luteis.

Long. corp.  $1\frac{1}{3}$  lin.

Habitat —

DESCR. Præcedenti simillimus, sed major, thoracis margine externo latè luteo. Pedes lutei.

*atricapillus.* 31. *D. rufo-testaceus*, capite atro, elytris testaceis striatis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ testaceæ. Caput atrum. Thorax rufo-testaceus, nitidus. Elytra testacea striata.

*obscurus.* 32. *D. obscuro-piceus*, margine thoracis elytrorumque apicibus rufis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput piceum. Thorax piceus, margine rufo. Elytra plana, non striata, picea, apicibus rufis. Pedes picei.

*boletophagus.* 33. *D. niger*, antennis pedibusque rufis, elytris apice fuscis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in *Boleto* putrido. *D. Kirby.*

DESCR. Parvus, valde convexus. Elytra levissimè striata, nigricantia, apicibus fuscis.

*nigriceps.* 34. *D. ater nitidus*, thoracis lateribus antennis elytris pedibusque rufo-ferrugineis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufo-ferrugineæ. Caput atrum. Thorax ater, lateribus piceis, sive rufo-ferrugineis. Elytra ferruginea, obsoletè striata, striis ex punctulis minutissimis impressis. Corpus subtus atrum. Pedes ferruginei.

*pulchellus.* 35. *D. nitidus*, capite thoraceque atris, elytris castaneis ad basin piceis.

Long. corp.  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Antennæ rufæ. Caput et thorax atra, nitida. Elytra fusco-castanea, apicibus dilutioribus. Pedes rufi.

36 D. luteus suprâ pubescens, elytris lævibus. *luteus.*

Sphæridium luteum. *Fab. Mant. App. 378. Ent.*

*Syst. i. a. 79. 6. Panz. Ent. Germ. 26. 5.*

Nitidula lutea. *Oliv. ii. 12. 16. 22. t. 3. f. 28. a, b.*

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprâ infrâque unicolor, sordidè luteum, obscurum, supernè pubescit, subtùs glabrum est, et sub-nitescit. Elytra lævia, nec striata.

37. D. castaneus nitidiusculus. *lævis.*

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in *Boleto* putrido. *D. Kirby.*

DESCR. Totum corpus castaneum, nitidiusculum. Elytra punctato-striata.

38. D. ater, capite thoraceque convexis. *convexus.*

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Antennæ et pedes picei. Caput, thorax, et elytra aterrîma, glaberrîma, nitida. Quod in hoc singulare admodum, caput, thorax, et abdomen omnia convexa, adeo ut cum corpus depressum est, ex articulis tribus moniliformibus constare videtur, quorum abdomen major, thorax medius, caput minimus dicatur.

39. D. sub-ovalis luteus, corpore suprâ infrâque *ovalis.*  
tomentoso.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ——— Ex mus. *Miss Hill.*

DESCR.

DESCR. Corpus unicolor, luteum, ovale, potiusquam ovatum tomentosum, pilis brevibus, reflexis, appressis, neque minimè erectis. Simillimus *D. luteo*, at major, tum abdomen subtùs tomentosum, nec læve, nitidum. Oculi nigri. Elytra non striata.

*concinmus.* 40. *D. ater* nitidus, thoracis margine elytrisque testaceis.

Long. corp.  $\frac{2}{3}$  lin.

Habitat —

DESCR. Simillimus *D. flavo*, sed differt colore et magnitudine. Elytra multo saturatiora. Pedes rufi.

*ferrugineus.* 41. *D. ferrugineus*, elytris striatis.

Sphæridium ferrugineum. *Fab. Mant.* i. 43. 6. *Ent. Syst.* i. a. 80. 12. *Payk. Faun. Suec.* i. 72. 24. *Panz. Ent. Germ.* 27. 9.

*Oliv.* ii. 15. 7. 6. *Suppl. t.* 3. f. 14. a, b.

Long. corp. 1 lin.

Habitat —

Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Corpus totum ferrugineum, immaculatum.

\*\*\* Corpore ovato, antennarum articulo extremo acutiusculo.

*fimetarius.* 42. *D. ater* glaberrimus nitidus.

*Dermestes fimetarius.* *Vill.* i. 55. 33.

Sphæridium fimetarium. *Fab. Syst. Ent.* 68. 7. *Sp. Ins.* i. 79. 9. *Mant.* i. 43. 12. *Ent. Syst.* i. a. 82. 25. *Panz. Ent. Germ.* 30. 25. *Faun. Ingr.* 8. 25. *Payk. Faun. Suec.* i. 64. 13. *Hersbst. Jablonsk.* iv. 78. 15.

*Phalacrus coruscus.* *Payk. Faun. Suec.* iii. *Add.* 438. 1.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Totum corpus aterrimum, lævissimum.

43. *D.*



43. *D. ater*, elytris striatis, pedibus concolo-*minutus*.  
ribus.

*Dermestes minutus striatus*. *Vill.* i. 55. 34.

*Sphæridium minutum*. *Fab. Ent. Syst.* i. a. 83. 29. *Faun.*

*Ingr.* 9. 27. *Payk. Faun. Suec.* i. 63. 12.

*Sphæridium atomarium*. *Faun. Ingr.* 7. 22.

*Sphæridium atomarium*. *Oliv.* ii. 15. II. 14. t. 2.

f. 5. a, b.

*Silpha atomaria*. *Linn. Syst. Nat.* 574. 35. ?

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Elytra posticè pallidiora.

44. *D. niger glaberrimus nitidus*, antennis pe-*nitidus*.  
dibusque testaceis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Maximè affinis *D. ovato*, à quo differt colore nigro, sive atro, nec æneo; antennis pedibusque testaceis, nec concoloribus; tum abdomine piceo. Elytra autem in hoc etiam sub lente obsoletissimè striata.

45. *D. piceus nitidus glaberrimus*. *politus*.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in lignis vetustis.

DESCR. Totum corpus suprà unicolor, ex nigro piceum, politum. Notandum autem est, quod si forte elytra paulùm eleventur pallidiora videntur; imò in nonnullis ferè testacea. Nunquam striata sunt. Antennæ et abdomen subtùs pallidiora.

46. *D. fusco-ferrugineus nitidissimus*, antennis *consimilis*  
elytrorum apicibus pedibusque ferrugineis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in arboribus.

DESCR.

DESCR. Præcedenti simillimus, sed minor, colore saturiori. Elytra striâ unicâ ad suturam.

*stercorarius.*

47. *D. convexus* ater nitidus, antennis pedibusque rufis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufæ. Corpus totum atrum, politum, valde convexum. Pedes rufi.

*ovatus.*

48. *D. nigro-æneus* politus, femoribus posticis crassissimis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ piceæ. Corpus suprâ nigro-æneum, subtus piceum. Elytra sub lente obsoletissimè striata. Pedes picei, femoribus posticis crassissimis. Corpus valde convexum.

*coadunatus.* 49. *D. ferrugineus* glaber, elytris punctis tribus nigris coadunatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Oculi et abdomen nigra; per cætera ferrugineus est. Elytra ponè medium punctis tribus nigris, remotiusculis, at coadunatis; quæ puncta fasciam subarcuatam referunt.

*imustus.*

50. *D. niger* nitidus, coleoptris striatis testaceis: maculis tribus fuscis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ testaceæ. Caput nigrum. Thorax niger, marginibus rufis. Elytra striata, testacea, maculâ fuscâ triangulari communi ad basin, et maculâ magnâ fuscâ in singulo elytro prope apicem. Pedes testacei.

51. *D. rufus*, abdomine nigro.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

*hypomela-*  
*nus.*

DESCR. Staturâ et magnitudine *D. coadunati*, cui simillimus, sed nullæ in elytris lituræ. Porrò rufus est, nec ferrugineus.

52. *D. niger nitidus* utrinque acutiusculus, antennennis pedibusque testaceis. *Gyrinoides.*

Long. corp. circiter  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Staturâ et magnitudine *D. Cassidoidis*.

53. *D. piceus*, thoracis margine pallido pellucido, pectore pedibusque ferrugineis. *Cassidoides.*

Long. corp.  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax anticè semicircularis, posticè transversus. Caput obumbrans et condens ut in *Cassidibus*. Statura et magnitudo præcedentis.

*Variat* ano pallido nigroque.

54. *D. ovato-oblongus niger lævis nitidiusculus*, *nigrinus*. pedibus piceis.

Long. corp. 1. lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Totum corpus suprâ glaberrimum, et punctis immune. Antennæ et pedes picei.

55. *D. niger obscuriusculus punctulatissimus*, *Absinthii*. pedibus piceis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in floribus *Artemisiæ*. *D. Kirby.*

DESCR. Corpus atrum, ovatum, depressiusculum, punctulis numerosissimis conspersum. Antennæ et pedes picei.

picei. Facie omnino *Chrysomelæ hemisphæricæ*, at antennæ clavatæ distinctam satis probant.

*piceorbæus.* 56. *D. ovato-oblongus niger lævis nitidiusculus, pedibus elytrorumque apicibus piceis.*

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Corpus omnino læve, nitidum. Elytra nigra, apicibus piceis. Ne confundatur cum *D. Calthæ*, qui quadruplo major.

*castaneus.* 57. *D. ater, elytris castaneis.*

Long. corp. 1 lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Totum corpus suprâ læve, nitidiusculum. Elytra castanea. Antennæ, caput, thorax et pedes atra. Oculo optimè armato elytra punctulata apparent. Corpus depressiusculum.

*melas.* 58. *D. oblongus niger, antennis pedibusque testaceis.*

Long. corp.  $\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ testacæ, capite thoraceque longiores. Totum corpus unicolor, nigrum, nitidum. Pedes testacei.

*brunneus.* 59. *D. oblongus brunneus nitidus, antennis pedibusque testaceis.*

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum. Thorax et elytra brunnea, sive rufo-ferruginea. Pedes testacei.

*pilosellus.* 60. *D. nitidus pilosus castaneus, antennis testaceis.*

Long.

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Alno* putrido.

DESCR. Totum corpus suprà castaneum, capite thoraceque saturatoribus. Thorax et elytra pilis oblecta. Corpus subtùs pedesque ferruginei.

61. *D. testaceus pubescens*, elytris punctatis. *pallidus.*

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Totum corpus suprà pallido-testaceum, subtùs ferrugineum. Oculi nigri. Thorax et elytra oculo bene armato punctulata apparent. Antennæ et pedes pallido-testacei.

62. *D. convexus minutissimus nigro-piceus pu-nitidulus.*  
bescens, antennis pedibusque rufis.

Long. corp.  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totus nitidus pubescens. Antennæ rufæ. Caput et thorax nigro-picea, ad apicem pallidiora. Corpus subtùs et pedes rufa.

63. *D. niger nitens*, elytrorum apicibus pallidis, *nitens.*  
pedibus ferrugineis.

Long. corp.  $\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Minutissimus, oblongiusculus. Antennæ nigrae. Elytra striata.

64. *D. æneus nitidulus*, elytris lævissimis, pedibus *æneus.*  
nigris.

Sphæridium æneum. *Fab. Ent. Syst. i. a. 83. 27. Payk.*  
*Faun. Suec. i. 65. 15.*

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Affinis *D. fimetario*, at duplo minor, et totus æneus, nitidus. Pedes nigri.

*perpusillus*. 65. *D. ater nitidus minutissimus*, elytris posticè piceis.

Long. corp.  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat —

DESCR. Antennæ testaceæ.

*minimus*. 66. *D. niger nitidus minutissimus*, elytris truncatis apice pallidis.

Long. corp.  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat —

DESCR. Corpus depressum. Antennæ ferrugineæ. Caput et thorax nigra, nitidiuscula. Elytra paulò dilutiora, truncata, apicibus pallidioribus. Pedes rufi.

*picatus*. 67. *D. piceus lævissimus*, antennis basi rufis.

Long. corp. vix  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat —

In mus. *D. Kirby*.

DESCR. Statura ferè *D. fimetarii*, sed *Pulice* minor, lævissimus, nitidissimus, totus piceus, exceptis antennarum basi palpisque rufis.

*Punctum*. 68. *D. subrotundus livido-testaceus*.

Long. corp.  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat —

In mus. *D. Kirby*.

DESCR. Minutissimus. *D. Cassidoidi* similis, sed thoracis figura vix eadem. Ferè hemisphæricus, lævis, livido-testaceus.

## 5. PTINUS.

*Antennæ filiformes.*

*Thorax angulatus, subrotundus, immarginatus, caput recipiens.*

- \* *Antennæ articulis ultimis tribus reliquis multo longioribus, corpore cylindrico breviores.*
- \*\* *Antennæ articulis tribus reliquis majoribus, rotundatis sive moniliformibus, corpore cylindrico breviores.*
- \*\*\* *Antennæ articulis omnibus æqualibus, corpus ovatum aut oblongum subæquantur.*

\* *Antennæ articulis ultimis tribus reliquis multo longioribus, corpore cylindrico breviores.*

1. *Pt. fuscus, antennis luteis pectinatis.*

*pectinicornis.*

*Linn. Syst. Nat. 565. 1. Faun. Fred. 317. Schrank, 64.*

*Vill. i. 61. 1. Fuesl. Arch. 86. 2.*

*Sulz. Hist. Ins. t. 2. f. 6.*

*Dermestes pectinicornis. Faun. Suec. 412.*

*Hispa pectinicornis. Fab. Syst. Ent. 70. 3. Sp. Ins. i.*

*82. 3. Mant. i. 47. 3. Gmel. 1733. 17.*

*Ptilinus pectinicornis. Fab. Ent. Syst. i. a. 243. 2. Geoff. i.*

*65. 1. Panz. Ent. Germ. 115. 1. Payk. Faun.*

*Suec. i. 316. 1.*

*Panz. Faun. Germ. 3. t. 7. 3. Oliv. ii. 17 bis. 4. 1.*

*t. 1. f. 1. a—g.*

*Ptilinus fuscus. Fourc. i. 4. 1.*

*Ptilinus cylindricus. Harr. 228.*

*Long. corp. 2¼ lin.*

*Habitat in domibus antiquis.*

**DESCR.** *Corpus cylindricum, fuscum. Antennæ luteæ, pectinatae. Thorax convexus, obscurus. Elytra punctata, obsolete striata. Pedes rufo-testacei, femoribus basi fuscis.*

*serrati-*  
*cornis.*

2. *Pt. fuscus*, elytris pedibusque rufis, antennis serratis.

*Ptilinus pectinicornis*, fœm. *Panz. Faun. Germ.* 3. t. 7. ♀.

Long. corp. 2 lin.

Habitat cum præcedenti.

DESCR. Habitus et fere statura *Pt. pectinicornis*. Antennæ autem serratæ, nec pectinatæ. Porro, antennæ, palpi, pedes et elytra, omnia rufa. Caput, thorax et abdomen fusca. Thorax posticè tuberculis tribus obsoletis.

An *Ptinus pectinicornis* fœm.? An species distincta?

*fissicornis.*

3. *Pt. ferrugineus*, thorace anticè scabro, elytris striatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat —

DESCR. Antennæ rufæ, articulis tribus ultimis serratis. Caput ferrugineum. Thorax obscure ferrugineus, anticè mucronibus sparsis exasperatus. Elytra ferruginea, striata, nitida. Corpus subtùs pallidius. Pedes ferruginei.

*pertinax.*

4. *Pt. fuscus unicolor*.

*Linn. Syst. Nat.* 565. 2. *Vill.* i. 61. 2.

*De Geer*, iv. 227. 1. t. 8. f. 24, 25.

*Dermestes pertinax*. *Faun. Suec.* 414.

*Anobium pertinax*. *Fab. Mant.* i. 39. 1. *Ent. Syst.* i. a. 237. 5. *Faun. Ingr.* 43. 121. *Payk. Faun. Suec.* i. 305. 3.

*Oliv.* ii. 16. 6. 2. t. 1. f. 4. a, b. *Panz. Faun. Germ.* 66. t. 5. *Herbst. Jablonsk.* v. 54. 2. t. 47. f. 3.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in domibus, ubi vestimenta consumit.

*Linn.*

DESCR. Insectum teres, oblongum, fuscum, opacum. Elytra oblonga, flexilia, punctis minutissimis, excavatis, octo striarum. Clypeus subrotundus, magis  
latus



latus quam longus, supernè inæqualis margine cruciato prominulo; ad angulos thoracis posticos sive laterales sæpe punctum villis flavum. Abdomen nigrum est, certo tamen ad lumen situ albus omnino adparet.  
*Faun. Suec.*

5. Pt. subcylindricus fuscus, antennis tibiisque *rufipes*. rufescentibus.

Anobium rufipes. *Fab. Ent. Syst. i. a. 236. 3. Panz.*

*Ent. Germ. 109. 3.*

La Vrillette des Tables. *Geoff. i. 111. 1. t. 1. f. 6.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat —

DESCR. Habitus omnino *D. pertinacis*, at antennæ, tibiæ et plantæ sub-ferrugineæ sunt. Color saturatè fuscus, sive potiùs nigro-fuscus.

6. Pt. subcylindricus fusco-ferrugineus, thorace *cylindricus*. gibbo læviusculo, antennis pedibusque rufescentibus.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat —

DESCR. Maxime affinis *Pt. rufipedi*, a quo differt colore sub-ferrugineo, et pedibus omnino rufescentibus, nec solummodo tibiis.

An species satis distincta?

7. Pt. castaneus pubescens, thorace elevato, ely-*castaneus*. tris striato-punctatis.

Anobium castaneum. *Fab. Ent. Syst. i. a. 237. 4.*

*Panz. Ent. Germ. 109. 4.*

*Oliv. ii. 16. 7. 4. t. 1. f. 2. a, b.*

Byrrhus fulvus obscurus. *Geoff. i. 112. 3.*

Byrrhus mollis. *Fourc. i. 26. 3.*

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat—Prope Crayford in agro Cantiano propter  
sepes,

sepes, sole meridiano pleniùs lucenti, volantem cepi.

DESCR. Corpus totum pubescens, castaneum, immaculatum, oculis tamen nigris. Thorax marginatus, elevatus, lineâ longitudinali vix impressâ. Elytra striata, striis punctatis. *Oliv.*

*mollis.*

8. Pt. testaceus, oculis fuscis, elytris lævibus.

*Linn. Syst. Nat.* 565. 3. *Vill.* i. 62. 3. *Gmel.* 1604. 3.

*De Geer*, iv. 230. 4.

*Dermestes mollis.* *Faun. Suec.* 415. *Faun. Fred.* 31. 18.

*Anobium molle.* *Fab Syst. Ent.* 62. 6. *Sp. Ins.* i.

71. 2. *Mant.* i. 39. 3. *Ent. Syst.* i. a. 237. 7. *Faun.*

*Ingr.* 43. 133. *Payk. Faun. Suec.* i. 306. 5.

*Oliv.* ii. 16. 8. 5. t. 2. f. 8.

*La Vrilette de la farine.* *Geoff.* i. III. 2.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus totum fusco-testaceum, immaculatum, oculis nigris. Thorax convexus, lævis, marginatus. Elytra lævia. *Oliv.*

*lævis.*

9. Pt. testaceus, thorace elytrisquæ lævibus.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax marginatus ferè ut in *Cantbaridibus*, et dentibus omnino caret. Elytra punctulatissima, at ne minime quidem striata.

*tenuicornis.* 10. Pt. oblongo-ovatus testaceus, thorace lævi, antennis tenuibus articulis tribus ultimis crassioribus longioribus.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax non dentatus, colore saturatori sive fuscus. Elytra striata; striæ ex punctis impressis. Antennas præ cæteris hujusce generis animalculis tenues jactitat.

II. Pt.

11. Pt. oblongus tomentosus fusco-cinereoque *tessellatus*.  
nebulosus, abdomine fusco.

*Vill.* i. 54. 29.

*Byrrhus nigro-fuscus*. *Geoff.* i. 112. 4.

*Anobium tessellatum*. *Fab. Ent. Syst.* i. a. 236. 1. *Payk.*

*Faun. Suec.* i. 305. 4. *Panz. Ent. Germ.* 108. 1.

*Oliv.* ii. 16. 6. 1. t. 1. f. a—c. *Panz. Faun. Germ.* 66.

t. 3. *Herbst. Jablonsk.* v. 53. 1. t. 47. f. 2.

*Anobium pulsatorium*. *Scriba*, 222. 33. t. 14. f. 4.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat —

DESCR. Antennæ rufæ, articulis tribus ultimis clavatis, longioribus. Corpus totum brunneum, thorace elytrisque villo cinereo nebulosis. Thorax convexus, lævis, marginatus. Elytra minimè striata. Pedes corpore concolores.

12. Pt. rubello-ferrugineus, elytris striatis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat — Captus sub subere cistellæ lignæ in-*rubellus*.  
sectis recipiendis factæ, ubi lignum cistellæ plurimum roseat. *D. Kirby*.

DESCR. Totus rubello-ferrugineus, oculis nigris. Thorax convexus. Elytra punctato-striata, villosula.

\*\* *Antennæ articulis tribus reliquis majoribus rotundatis sive moniliformibus, corpore cylindrico breviores.*

13. Pt. fuscus, thorace valdè convexo anticè re-*Boletorum*.  
flexo, elytris punctatis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat —

DESCR. Antennæ articulis tribus ultimis majoribus laxiusculis. Thorax valdè convexus. Elytra punctis impressis sub-confluentibus referta. Antennæ et pedes concolores. Color ex nigro-piceus.

*villosulus.* 14. Pt. fuscus aureo-villosus.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Thorax villis aureis sub-nebulosus. Elytra villis aureis micantia, punctulata. Subtùs niger, pedibus rufo-ferrugineis. Color variat mox fuscus, mox ferrugineus.

*pyrrhoccephalus.* 15. Pt. rufo-fuscus, thorace valdè convexo, elytris pilosis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Statura omnino *Pt. Boletorum*, at duplo minor. Caput et basis thoracis rufa. Elytra rufo-fusca, pilis brevioribus flavis obtecta. Corpus subtùs femoraque nigra. Tibiæ tarsique rufi.

*pygmæus.* 16. Pt. ater, thorace valdè convexo, elytris piceis punctulatis, pedibus piceis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ——— Captus in sepibus prope Reading.

DESCR. Corpus elongatum, atrum, glabrum. Elytra punctulis minutissimis densè conspersa, et hâc notâ a *Pt. Boletorum* distinguenda est. *Pt. Boletorum* puncta majuscula, hic vero vel sub lente punctula minutissima gerit.

*bidentatus.* 17. Pt. piceus lævis, capite thoraceque anticè bidentatis.

Anobium bidentatum. *Oliv.* ii. 16. II. 9. t. 2. f. 5. a—c.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus piceum, sive sordidè piceum, unicolor. Animalculum hoc imprimis notabile denticulis duobus approximatis fronti insertis, totidemque margine

marginè thoracis antico. Sub lente thorax et elytra punctulatissima.

18. Pt. piceus lævis, capite thoraceque inermibus. *inermis*.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. In omnibus Pt. *bidentato* simillimus ut ovum ovo. Differt solummodo capite et thorace lævibus, nec denticulis armatis.

An sexûs differentia?

19. Pt. ferrugineus pilosus, pectore pedibusque *concinus*. rufis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in *Boleto*. D. Kirby.

DESCR. Corpus suprâ ferrugineum, oculo bene armato pilosum. Abdomen subtùs rufo-fuscum. Pedes ut et pectus rufi.

20. Pt. niger pilosus, thorace marginato, pedibus *ruficornis*. rufis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus nigrum, pilis rufis tectum. Antennæ et pedes rufi.

21. Pt. niger, pedibus rufis.

*nigricornis*.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in *Boleto versicolore*. D. Kirby.

DESCR. Pt. *ruficorni* similis, sed antennæ nigræ. Thorax brevior, obscurus. Elytra lævia, villosula. Pedes testacei.

22. Pt. niger, antennarum stipite tarsisque rufis. *rhododactylus*.

Long. corp. 1 lin.

Habitat

Habitat in *Boleto versicolore*.

DESCR. Sub-villosus, nitens, angustus. Antennæ pal-  
lidæ, clavâ nigrâ.

*piceus*.

23. Pt. cylindricus piceus, antennis clavâ sub-  
lamellatâ, thorace scabro.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat — In granis et radicibus ex Indiâ orien-  
tali allatus, sæpiùs vivus captus.

DESCR. Statura ferè Pt. *cylindrici*, sed duplo minor.  
Corpus cylindricum totum, antennis ferrugineis ex-  
ceptis, piceum. Antennæ clavâ triarticulatâ, subla-  
mellatâ, unde forsàn ad genus Fabricianum *Syno-  
dendron* referendus. Thorax convexus, punctis eleva-  
tiusculis scaber. Elytra glabra, nitida, seriebus cir-  
citer decem punctorum excavatorum. Tibiæ serrulatæ.

\*\*\* *Antennæ articulis omnibus æqualibus, corpus ovatum  
aut oblongum subæquantés.*

*imperialis*. 24. Pt. oblongus fuscus, thorace subcarinato,  
coleoptris maculâ albâ aquilam expansam refe-  
renti.

Linn. Syst. Nat. 565. 4. Fab. Syst. Ent. 63. 3. Sp.  
Ins. 1. 73. 5. Mant. 1. 40. 5. Ent. Syst. 1. a. 240. 5.  
Vill. 1. 62. 4. Schrank, 62. Panz. Ent. Germ. 113. 5.  
Payk. Faun. Suec. 1. 313. 2.

Petagn. Ins. Cal. 6. 26. t. 1. f. 27. Panz. Faun.  
Germ. 5. t. 7. Sulz. t. 2. f. 7.

Oliv. ii. 17. 5. 2. t. 1. f. 4. a—d.

Bruchus cruciatus. Fourc. 1. 58. 3.

Long. corp. 2— $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in arboribus.

DESCR. Antennæ ferrugineæ, longitudine corporis.  
Thorax carinâ posticè elevatâ. Scutellum niveum.  
Coleoptra nigra, maculâ communi albâ aquilam ex-  
pansam quodammodo referenti. Pedes ferruginei.  
Syst. Nat.

25. Pt.

25. *Pt. oblongus fuscus*, antennis pedibusque *germanus*.  
ferrugineis, elytris fasciis duabus albis.

*Fab. Sp. Ins.* i. 72. 2. *Mant.* i. 40. 2. *Ent. Syst.* i. a.  
239. 34.

*Oliv.* ii. 17. 7. 6. t. 1. f. 6. a; b.

Long. corp.  $2\frac{2}{3}$  lin.

Habitat \_\_\_\_\_

DESCR. Statura et habitus *Pt. Furis*, sed major oblongus. Antennæ corpore ferè dimidio breviores, villosæ. Thorax quadridentatus, villosus, anticè et posticè angustatus. Scutellum niveum. Elytra punctato-striata, villis albidis bifasciata, apicibus etiam albido-villosis.

26. *Pt. fuscus*, elytris albo obsoletè maculatis. *Lichenum*.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat sub *Lichenibus* in lignis vetustis aridis.

DESCR. Totum corpus fuscum. Antennæ crassiusculæ, filiformes, articulis omnibus æqualibus. Scutellum album. Elytra striata, striæ ex punctis impressis. Maculæ elytrorum admodum variant, modò fasciatim positæ, modò sparsæ. Variant etiam magnitudine, et colore magis minusve saturato. Abdomen concinnè ovatum. Alæ longæ, ut in Coleopteris reliquis.

27. *Pt. fusco-ferrugineus*, thorace quadridentato, *Fur*.  
elytris fasciis duabus albis.

*Linn. Syst. Nat.* 566. 5. *List. Goed.* 276. 114. *Payk.*

*Faun. Suec.* i. 313. 3. *Faun. Ingr.* 44. 135. *Fab.*

*Ent. Syst.* 63. 2. *Sp. Ins.* i. 73. 4. *Mant.* i. 40. 4.

*Ent. Syst.* i. a. 2. 39. 4. *Panz. Ent. Germ.* 113. 4.

*Schrank*, 63. *Vill.* i. 63. 5. *Gmel.* 1607. 5. *Laich.*

*Tyr.* i. 77. 1.

*Oliv.* ii. 17. 6. 3. t. 1. f. 1. *Sulz. t. 2. f. 8.* *Roem.* 6.  
12. t. 2. f. 8.

*Ptinus rapax.* *De Geer*, iv. 231. 5. t. 9. f. 1—7.

*Cerambyx Fur.* *Faun. Suec.* 651. *Preys. Bob. Ins.* 56,

57. *Faun. Fred.* 13. 127. *Stroem. Act. Nidros.* iii.

393. 12.

*Pontop.*

*Pontop. Dan. Atl. i. 673. 10. t. 29.*

An Vrilette brune à bandes grises. *Geoff. i. 112. 5.?*

Bruchus. *Harr. 49.*

La Bruche à bandes. *Geoff. i. 164. 1. t. 2. f. 6. Schæff.*

*Elem. t. 30. Schæff. Icon. t. 145. f. 3.*

Buprestis Fur. *Scop. 210.*

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat passim.

DESCR. Valdè affinis *Pt. testaceo*, et *Pt. ovato*, sed differt a priori antennis filiformibus  $\frac{3}{4}$  corporis æquantibus, nec sub-testaceis æquantibus aut superantibus; tum abdomine ovato-oblongo, nec oblongo-elongato; a posteriori verò abdomine ovato-oblongo, nec exactè ovato; tum elytris fasciatis, nec immunibus.

*ovatus.* 28. *Pt. fusco-ferrugineus*, abdomine ovato.

An *Pt. crenatus*. *Fab. Ent. Syst. i. a. 240. 6? Panz.*

*Ent. Germ. 114. 6.?*

Long. corp. 1 lin.

Habitat cum *Pt. Fure* et *testaceo*.

DESCR. Valdè affinis *Pt. Furi*, sed minor; tum elytra fasciis carent. Abdomen exactè ovatum, nec oblongum. Thorax obsolete quadridentatus. Antennæ  $\frac{2}{3}$  corporis æquant.

*Cerevisiæ.* 29. *Pt. globosus* obscure testaceus, elytris striatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat — Captus in cerevisia, etiam in poculis et aliis utensilibus.

DESCR. Præcedenti similis. Tomentosus, obscure testaceus. Antennæ corpore dimidio breviores. Thorax lineâ intermediâ longitudinali. Elytra striata, striis magis exaratis punctatis.

*similis.* 30. *Pt. oblongus* niger, antennis pedibusque ferrugineis, elytris fasciis duabus undulatis albis.

Long.



Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in ligno.

DESCR. Per omnia simillimus *Pt. Licheni*, sed oblongus. Oculi prominuli. Antennæ mediocres. Thorax teretiusculus, maculâ albâ. Pedes magis rubent.

31. *Pt. oblongus* testaceus, elytris fasciis duabus *testaceus*.  
albis obsoletis, antennis subtestaceis longitudine corporis.

*Ptinus testaceus*. *Oliv.* ii. 17. 9. 8. *t. 2. f. 9. a, b.*

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in cloacis per totam hyemem.

DESCR. Antennæ filiformes admodum longæ. Corpus unicolor testaceo-ferrugineum. Oculi solùm nigri. Thorax lateribus omninò integris, nec dentatis. Elytra basi et pone medium fasciâ albâ obsoletâ interruptâ. Alæ longæ, ut in Coleopteris plerisque. Abdomen ovato-oblongum.

32. *Pt. thorace quadrisulcato villosa* albido, elytris *sulcatus*.  
connatis fusco-testaceis nitidis.

*Fab. Sp. Ins.* i. 73. 7. *Mant.* i. 40. 8. *Ent. Syst.* i. a.  
241. II.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Animalculum singulare, at hoc genus evincunt staturâ, antennæ, palpi, elytra connata, victus. Corpus *Pt. Fure* minus. Antennæ porrectæ, longitudine corporis, filiformes, albæ. Caput parvum, sub thorace absconditum, pallidum. Thorax albidus, sulcis quatuor profundis exaratus. Elytra gibba, lævissima, connata, nitida, obscure testacea, immaculata. Pedes albi. *Fab.*

## 6. HISTER.

*Antennæ* capitatæ: capitulo globoso, solidiusculo; infimo articulo compresso, incurvato.

*Caput* intra thoracem retractile.

*Os* forcipatum.

*Elytra* corpore breviora.

*Corpus* subquadratum.

*Tibiæ anticæ* dentatæ.

*unicolor.* 1. His. ater glaberrimus, elytris septemstriatis: striis aliquot abbreviatis, tibiis anticis denticulis sex acutis.

*Linn. Syst. Nat.* 567. 3. *Faun. Suec.* 440. *Vill.* i. 65. 2. *Gmel.* 1609. 3. *Rai. Ins.* 91. 7. *Fab. Syst. Ent.* 52. 2. *Sp. Ins.* i. 60. 2. *Mant.* i. 32. 2. *Ent. Syst.* i. a. 72. 2. *Scop.* 30. *Schrank,* 68. *Faun. Fred.* 4. 31. *Faun. Etrusc.* 62. *Hellw.* 62. *Panz. Ent. Germ.* 20. 2. *Mus. Lud. Ulric.* 36. *Payk. Faun. Suec.* i. 35. 1. *Faun. Ingr.* 6. 16. *Harr.* 38. *Oliv.* i. 8. 7. 5. t. 1. f. 1. a, b, c. *Schæff. Icon.* t. 208. f. 5. a, b. *Panz. Faun. Germ.* 4. t. 2. *Stroem. Act. Nidros.* iv. 316. 5. t. 16. f. 4. *Voet.* t. 31. f. 5. *Herbst. Jablonsk.* iv. 22. 1. t. 35. f. 1.

*Hister ater.* *De Geer,* iv. 342. 1. t. 12. f. 12.

*L'Escarbot noir.* *Geoff.* i. 94. 1. t. 1. f. 4.

*Attelabus unicolor.* *Fourc.* i. 16. 1.

*Long. corp.* 4 lin.

*Habitat* in terrâ, arenâ, stercore passim. *Linn.*

**DESCR.** Corpus quadratum, atrum, nitidum, glaberrimum. Elytra abdomine breviora, parum truncata, glaberrima, integerrima, striis aliquot vix manifestis. Thorax lævis, non striatus, sed lineâ excavatâ ambiente

biente notatus. Caput omnium minimum, quod, terrefacta, totum intra thoracem retrahit, ac si decollata esset, nec, ut caput exserat, ullo tormento adigitur. Os forcipatum dentibus duobus acutis. Antennæ clavatae, integræ. Posteriora abdominis truncata, glabra, elytris paulo longiora, obtusissima. *Faun. Suec.*

*Variat* magnitudine.

2. *His. niger*, elytris septemstriatis: striis aliquot *inæqualis*. abbreviatis, tibiis anticis denticulis tribus obtusis.

*Oliv. i. 8. 7. 4. t. 1. f. 3.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Corpus nigrum, nitidum. Mandibulæ inæquales. Labium porrectum, apice obtusum. Elytra abbreviata, striata, versùs suturam lævia. Tibiæ anticæ bidentatæ, aut tridentatæ; aliæ extùs ciliatæ, sub-spinosæ. *Oliv.*

3. *His. ater unicolor*, elytris sex striatis: striis *parvus*. duabus interioribus abbreviatis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. *His. unicolori* simillimus, sed in illo semper septem striæ, in hoc sex solum proveniunt, et multoties minor. Tibiæ anticæ tridentatæ.

4. *His. ater*, elytris posticè rubris.

*bimaculatus.*

*Linn. Syst. Nat. 567. 5. Faun. Suec. 442. Vill. i. 67. 4.*

*Gmel. 1610. 5. Schrank, 69. Fab. Syst.*

*Ent. 53. 7. Sp. Ins. i. 61. 7. Mant. i. 33. 10.*

*Ent. Syst. i. a. 76. 17. Faun. Etrusc. 72. Hellw. 72.*

*Preys. Bob. Ins. 52, 53. Brabm. Ins. Kal. i.*

*57. 183. Panz. Ent. Germ. 22. 17. Payk. Faun.*

*Suec. i. 38. 5. Faun. Ingr. 6. 18.*

*Oliv. i. 8. 11. 10. t. 2. f. 12. a, b. Herbst. Jablonsk. iv.*

*27. 3. t. 35. f. 3.*

*Attelabus. Geoff. i. 95. 2. Fourc. i. 16. 2.*

Coccinella.

Coccinella. *Uddm. Diss.* 12. 20.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat sub stercore bovino. *Vill.*

DESCR. Macula subovata fusco-ferruginea ad latera postica elytrorum.

*bipustulatus.* 5. His. niger, elytris maculâ rubrâ, tibiis anticis tridentatis.

*Schrank, 67. Vill. i. 68. 8. Panz. Ent. Germ. 23. 19.*

*Preys. Bob. Ins. 82. 76. Brabm. Ins. Kal. i. 103. 349.*

*Oliv. i. 8. 10. 9. t. 3. f. 19. a, b.*

Hister purpurascens. *Payk. Faun. Suec. i. 38. 4.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. *His. bimaculato* paulo major. Antennæ nigræ. Mandibulæ unidentatæ. Corpus ovatum, nigrum, nitidum. Elytra abdomine paulò breviora, substriata, in medio macula rubra. Tibiæ anticæ tridentatæ. *Oliv.*

*quadrinaculatus.* 6. His. ater, elytris substriatis, maculis duabus rubris.

*Linn. Syst. Nat. 567. 6. Faun. Suec. 443. Vill. i.*

*67. 5. Gmel. 1610. 6. Schrank, 66. Fab. Syst.*

*Ent. 53. 8. Sp. Ins. i. 61. 8. Mant. i. 33. 11.*

*Ent. Syst. i. a. 76. 18. Faun. Fred. 4. 32. Faun.*

*Etrusc. 64. Hellw. 64. Panz. Ent. Germ. 24. 20.*

*Brabm. Ins. Kal. i. 36. 119. Payk. Faun. Suec. 36. 2.*

*Faun. Ingr. 6. 19.*

*Oliv. i. 8. 9. 7. t. 3. f. 18. a, b. Herbst. Jablonsk. iv.*

*26. 2. t. 35. f. 2. Schæff. Elem. t. 24. f. 2. Icon. t. 3.*

*f. 9.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore humano. Captus prope Dartford in agro Cantiano. *D. Latham.*

DESCR. Major est *His. unicolore.* Macula magna ferruginea

ruginea sublunata in singulis elytris; at in quibusdam est macula rubra inæqualis versus basin, et alia rubra lunata versus apicem elytri.

7. His. ater nitidus lævissimus, elytris punctis *quadriguttatus*.  
duobus albis.

*Fab. Ent. Syst. Supp.* 39. 18—19.

Long. corp. 2 lin.

Habitat——Captus prope Pembroke. *D. Donovan.*

DESCR. Caput et thorax atra, nitida, lævissima, immaculata. Elytra lævia, punctis quatuor albis: exteriori marginali, interiori versus angulum ani. *Fab. Supp.*

*Variat* punctis flavis.

8. His. nigro-æneus, elytris apice punctulatis *semipunctatus*.  
basi striis quinque recurvis.

*Payk. Faun. Suec.* i. 45. 12. *Fab. Ent. Syst.* i. a. 73. 4.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in cadaveribus.

DESCR. Frons magis elongata quam in præcedentibus. Caput supra punctulatum. Thorax punctulatus, disco lævi, nitido. Scutellum vix ullum. Elytra nitida, dimidiato-punctata, spatio inter striam secundam et tertiam lineolis quibusdam impressis notato. Anus punctatissimus. Tibiæ anticæ denticulatæ, intermediæ et posticæ spinosæ, tarsis piceis, setosis.

9. His. æneus, thorace disco glabro, elytris basi *æneus*.  
striis quatuor recurvis apice punctatis.

*Fab. Syst. Ent.* 53. 9. *Sp. Ins.* i. 62. 9. *Mant.* i.

33. 12. *Ent. Syst.* i. a. 76. 19. *Vill.* i. 68. 7.

*Gmel.* 1610. 13. *Faun. Etrusc.* 65. *Hellw.* 65.

*Panz. Ent. Germ.* 24. 21. *Payk. Faun. Suec.* i. 46. 14.

*Oliv.* i. 8. 12. 12. t. 2. f. 10. a, b.

*Attelabus. Geoff.* i. 95. 3.

*Attelabus cupreus. Fourc.* i. 68. 7.

Long.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$ —3 lin.

Habitat in fimo vaccino. *Vill.*

DESCR. Corpus totum æneum, splendens. Thorax glaber, lateribus punctatis. Elytra abdomine multò breviora, basi striis quatuor arcuatis impressa, quæ vix medium elytrorum attingunt, apice sparsim punctata. *Variat niger.*

*violaceus.* 10. His. violaceus, thorace toto punctato, elytris basi striis quinque recurvis apice punctatis.

Long. corp.  $2\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ——— In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Præcedenti similis, sed violaceus. Elytra striis quinque magis exaratis. Thorax totus punctulatissimus, nec disco glabro.

*virescens.* 11. His. viridis, thorace toto punctato, elytris basi striis quatuor recurvis apice punctatis.

*Payk. Faun. Suec. i. 48. 16.*

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat——Captus juxta Nordovicum. *D. Kirby.*

DESCR. Præcedenti simillimus, sed differt colore viridi, nec violaceo.

An varietas ?

*duodecim-* 12. His. niger nitidus, elytris duodecim-striatis.

*striatus.* *Schrank, 70. Vill. i. 68. 9. Panz. Ent. Germ. 20. 5. Brabm. Ins. Kal. 155. 500. Payk. Faun. Suec. i. 39. 6. Faun. Etrusc. 23. Hellw. 23. Fuesl. Arch. 80. 1. Jablonsk. 4. t. 35. fig. 4. D.*

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Omnia ut in *Hist. bimaculato*, at nulla macula in elytris; per singula elytra striæ sex a basi ad apicem decurrunt,

decurrunt, ita ut æqualibus a se invicem distantes spatii discum totum occupant. *Scbrank.*

13. *His. ater*, thorace elytrisque striis elevatis. *striatus.*

*Forst. Cent. II. Gmel. 1610. 152.*

*Hister sulcatus. Fab. Ent. Syst. i. a. 74. 12. Panz.*

*Ent. Germ. 21. 10.*

*Oliv. i. 8. 17. 20. t. 1. f. 6. a, b. Faun. Etrusc. 70.*

*t. 2. f. 3. Hellw. 70. t. 2. f. 3. Herbst. Jablonsk. iv.*

*38. 12. t. 26. f. 1. a, b.*

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore bovino. *D. Lathbury.*

DESCR. Totum atrum. Thorax latus, marginatus, striis elevatis in medio quatuor, ad utraque latera duabus. Elytra abbreviata, striis elevatis in utroque novem, punctisque impressis inter strias. Abdomen et pectus punctis crebris impressis. Tibiæ omnes glabræ. *Forst.*

14. *His. ferrugineus*, elytris substriatis. *brunneus.*

*Fab. Syst. Ent. 52. 4. Sp. Ins. i. 61. 4. Mant. i. 32. 6.*

*Ent. Syst. i. a. 74. 8. Vill. i. 68. 6. Gmel. 1609. 10.*

*Faun. Etrusc. 66. Hellw. 66. Panz. Ent. Germ. 21. 7.*

*Oliv. i. 8. 17. 21. t. 3. f. 21. a, b. Jablonsk. t. 35.*

*f. 10. a, b.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Simillimus *His. unicolori*, at color totus brunneus.

15. *His. totus piceus*, elytris longitudine abdominis: striis quatuor. *piceus.*

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Maximè affinis var. minori *His. ænei*, sed differt colore piceo, nec æneo; tum elytra abdomini subæqualia, nec abbreviata. Porro stria interior obliqua ut cæteræ sunt, nec arcuata; denique striæ omnes,

omnes, et puncta ad apicem valdè obsoletiora quam in *His. æneo*, et hæc quidem vix sub lente satis conspicua.

*depressus.* 16. *His.* depressus ater nitidissimus, elytris substriatis.

*Fab. Mant.* i. 32. 8. *Ent. Syst.* i. a. 74. 10. *Gmel.* 1610. 11. *Panz. Ent. Germ.* 21. 9. *Payk. Faun. Suec.* i. 41. 8. *Faun. Etrusc.* 68. *Hellw.* 68.

*Oliv.* i. 8. 15. 17. t. 2. f. 9. a, b. *Herbst. Jablonsk.* iv. 34. 9. t. 35. f. 9. a, b.

*Hister compressus.* *Herbst. Arch.* 20. 7.

Long. corp. 1 lin.

Habitat sub *Betulæ* corticibus. *Fab.*

DESCR. Differt manifestè a *His. pygmæo*, magis depressus et nitidissimus. Elytra substriata. *Fab. Mant.*

*pygmæus.* 17. *His.* totus ater, elytris lævissimis.

*Linn. Faun. Suec.* 441.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Minor est semine oryzæ, et elytra minimè striata sunt, quo a priori decuplo majore differt. *Faun. Suec.*

Quoniam plurimus apud auctores de *Histeribus unicolore, æneo* Fabricii et *pygmæo* error valuit, hîc saltem liceat observare, quod *unicolor* et *æneus* mirè variant magnitudine majori, et quadruplo minori. Varietas autem minor *unicoloris* et *ænei* pro *pygmæo* sæpiùs assumpta fuit; Linnæus ipse in *Syst. Nat.* varietatem minorem *His. ænei pygmæum* esse voluit. At aliter in *Faun. Suec.* res sese habet. *His. pygmæus*, magis oblongus, sive elongatus, magnitudine pediculi majoris. Elytra subpicea, nec vel sub lente striata, lævissima, longitudine ferè abdominis. Pedes picei. — Linnæus in *Faun. Suec.* hunc non obscurè innuit.



18. His. rufo-fuscus punctulatus.

*perpusillus.*

Long. corp.  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Convexus. Elytra subabbreviata, punctulata, punctulis sine lente non conspicuis.

19. His. niger glaberrimus nitidus.

*minimus.*

Long. corp. vix  $\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Omnium quos hactenus vidimus minimus est. Corpus politum, nitidum.

## 7. GYRINUS.

*Antennæ* clavatæ, rigidæ, capite breviores, totæ confertissimè articulatæ.

*Oculi* quatuor : duo suprà, duo infrà.

*Corpus* ovatum, convexum.

*Pedes postici* breves, natatorii.

1. Gy. niger glaberrimus, elytris punctato-striatis, *Natator*, pedibus flavis.

*Linn. Syst. Nat.* 567. 1. *Vill.* i. 69. 1. *Gmel.* 1611. 1.

*Schrank*, 72. *Payk. Faun. Suec.* i. 238. 1. *Fab. Syst.*

*Ent.* 234. 1. *Sp. Ins.* i. 297. 1. *Mant.* i. 194. 1.

*Ent. Syst.* i. a. 202. 1. *Panz. Ent. Germ.* 82. 1.

*Fourc.* i. 71. 1. *Faun. Ingr.* 33. 102. *Harr.* 176.

*Geoff.* i. 194. 1. t. 3. f. 3. *Panz. Faun. Germ.* 3. t. 5.

*Roes.* 3. cl. 1. t. 31. f. 1, 2. *Schæff. Icon.* t. 134.

f. 5. a, b. *De Geer*, iv. 355. 1. t. 13. f. 4.

Dytiscus Natator. *Faun. Suec.* 779. *Faun. Fred.* 19. 193.  
*Scop.* 299. *Poda*, 44. 4. *Strœm. Act. Nidros.* iv.  
 329. 27. t. 16. f. 13.

Scarabæus aquaticus. *Rai.* 87. 10.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in aquis stagnantibus. Velocissimè super  
 aquas cursitans per orbés; dum vero urinatur,  
 bullam æream, hydrargyri coloris, secum trahit.

DESCR. Noster niger omnino est. Pedes autem flavi,  
 lati, brevissimi. Antennæ clavatæ, vel certè non ver-  
 sus apicem angustiores, nec, quantum video, fissæ.  
*Faun. Suec.*

*Kirbii.*

2. Gy. suprâ nigro-æneus, subtùs flavus.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat —

DESCR. Caput, thorax et elytra nigro-ænea. Elytra  
 striata, striis ex punctis impressis. Corpus subtùs pe-  
 desque flava.

*Obs.* Hic *Gyrinus* non foetens ut *Natator*. *D. Kirby.*

*Modeeri.*

3. Gy. suprâ niger lævis subtomentosus, subtùs  
 pallidè ferrugineus, pedibus posticis compressis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in aquis fluëntibus.

*Obs.* Variat colore, subtùs modo pallidè ferrugineus, modo  
 rufo-ferrugineus.

*elongatus.*

4. Gy. niger opacus elongatus, elytris punctato-  
 striatis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat —

DESCR. Corpus suprâ totum nigrum, opacum; subtùs  
 piceum.

## 8. BYRRHUS.

*Antennæ* clavatæ, subsolidæ, subcompressæ.

*Caput* sub thorace reconditum.

*Elytra* longitudine corporis, margine inflexo.

*Corpus* ovatum, convexum, villosum, immarginatum.

---

1. Byr. fuscus, elytris fasciis tribus undulatis pal- *Verbasci*.  
lidis.

*Linn. Syst. Nat.* 568. 3. *Vill.* i. 71. 3. *Laich.* i. 75. 2.  
*Anthrenus Verbasci. Fab. Syst. Ent.* 61. 4. *Sp. Ins.* i.  
70. 4. *Mant.* i. 39. 4. *Ent. Syst.* i. a. 264. 5.  
*Gmel.* 1614. 3. *Panz. Ent. Germ.* 132. 5. *Faun.*  
*Etrusc.* 99. *Hellw.* 99. *Pâyk. Faun. Suec.* ii. 4. 4.  
*Fuesl. Arch.* 84. 1.

*Oliv.* ii. 14. 7. 2. t. 1. f. 2. a—d. *Herbst. Jablonsk.* vii.  
328. 2. t. 115. f. 23.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in floribus umbellatis ubique.

DESCR. *Antennæ* et pedes ferruginei. Clava anten-  
narum perfoliata, ut in *Dermestibus* compressa. Caput  
nigrum. Thorax niger, lateribus ad basin pallescen-  
tibus. *Elytra* ex ferrugineo-nigra, fasciis tribus sub-  
interruptis, albidis. Corpus subtus, præcipuè certo  
lucis respectu, albicat. Fasciæ elytrorum ex pilis al-  
bidis constant. His detritis color niger evadit, unde  
sæpiùs difficultas oritur. Apex etiam elytrorum al-  
bidus.

2. Byr. niger, elytris fasciâ albâ apice ferrugineis: *Pimpinellæ*.  
liturâ albâ.

*Anthrenus Pimpinellæ.* *Fab. Syst. Ent.* 61. 1. *Sp. Ins.* i. 70. 1. *Mant.* i. 39. 1. *Ent. Syst.* i. a. 263. 1. *Geoff.* i. 114. 1. *Panz. Ent. Germ.* 131. 1. *Faun. Etrusc.* 96. *Hellw.* 96. *Gmel.* 1614. 4. *Payk. Faun. Suec.* ii. 1. 1.

*Oliv.* ii. 14. 7. 1. *t.* 1. *f.* 4. a, b. *Herbst. Jablonsk.* vii. 330. 4. *t.* 115. *f.* 4. D.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax niger, albo ferrugineoque varius. Elytra fasciâ undatâ albâ, punctoque ferrugineo versus apicem. *Oliv.*

*Pini.*

3. *Byr. niger*, elytris ferrugineis.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Caput et thorax nigra, glabra. Elytra, quæ sub lente punctulatissima, ferruginea sunt. Sutura plerumque nigrescit. Pedes nigri.

## 9. CISTELA.

*Antennæ* perfoliatæ, extrorsum crassiores.

*Thorax* convexus, non marginatus.

*Elytra* abdominis latera obvolventia.

*Corpus* globoso-cylindricum.

*Pilula.*

1. *Cis. obovata* suprâ cinereo-fusca, elytris striis atris interruptis.

*Laich.* ii. 70. 1.

La Cistele satinée. *Geoff. i. 116. 1. t. 1. f. 8*

*Cistela fasciata. Forst. Cent. i. 12.*

*Cistela viridescens. Fourc. i. 28. 1.*

*Byrrhus Pilula. Fab. Syst. Ent. 60. 1. Sp. Ins. i. 69. 1.*

*Mant. i. 38. 2. Ent. Syst. i. a. 84. 2. Vill. i. 71. 4.*

*Panz. Ent. Germ. 31. 2. Preys. Bob. Ins. 54, 55.*

*Faun. Etrusc. 94. Hellow. 94. Payk. Faun. Suec. i.*

*73. 1. Faun. Ingr. 9. 29. Gmel. 1613. 4. Fuesl.*

*Arch. 24. 1.*

*Oliv. ii. 13. 5. 1. t. 1. f. 1. a, b. Panz. Faun. Germ. iv. t. 3.*

*Dermestes Pilula. Pontop. Dan. Atl. i. 667. 9. Faun. Fred. 3. 22.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat in arenâ et campis arenosis.

DESCR. Suprà cinereo-fusca cum mixturâ aureâ. Thorax atro-nebulosus, elytris striis circiter quatuor interruptis atris. Subtùs nigra, punctulis elevatis consita.

2. *Cis. obovata nigro-fusca, elytris striis quatuor undulata, interruptis atris fasciisque duabus transversis undulatis aureis.*

*Byrrhus undulatus. Panz. Ent. Germ. 34. 16. Faun. Germ. 37. t. 14.*

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat —

DESCR. Major *C. Pilulâ*. Thorax aureo-nebulosus. Elytra fasciis duabus transversis distantibus undulatis, ex villis aureis confectis.

3. *Cis. obovata nigra, elytris striis quatuor inter-striata, ruptis atris.*

Long. corp.  $4\frac{1}{3}$  lin.

Habitat —

DESCR. Thorax obscure sub-nebulosus. Elytra nigra, striis interruptis atris.

*ferruginea.* 4. *Cis. ovata* suprâ ferrugineo-fusca, striis ferrugineo-aureis.

Long. corp.  $3\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Præcedenti simillima, sed elytra absque striis interruptis nigris.

Hæ omnes, si villis spolientur, nigrae, striatae; ex colore villorum oriuntur distinctiones. An satis diversæ?

*sericea.* 5. *Cis. ovata* fusco-viridis, elytrorum striis versicoloribus interruptis.

*Forst. Cent.* 16. 16.

*Cistela varia.* *Laich.* i. 71. 2.

*Byrrhus varius.* *Fab. Syst. Ent.* 60. 2. *Sp. Ins.* i. 69. 3.

*Mant.* i. 58. 5. *Ent. Syst.* i. a. 85. 7. *Panz. Ent.*

*Germ.* 33. 14. *Vill.* i. 72. 7. *Gmel.* 1613. 5. *Payk.*

*Faun. Suec.* i. 76. 2.

*Oliv.* ii. 13. 7. 5. t. 1. f. 6. a—d. *Panz. Faun.*

*Germ.* 32. t. 3.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax viridi-fusca, nitentia. Elytra striis quinque vel sex longitudinalibus, viridi-sericeis, interruptis, maculis e pilis nigris erectiusculis. Intervalla striarum minus lætè virentia.

*dorsalis.* 6. *Cis. nigra*, thorace coleoptrisque maculâ mediâ cinereo-rufescenti.

*Byrrhus dorsalis.* *Fab. Mant.* i. 38. 4. *Ent. Syst.* i. a.

85. 6. *Gmel.* 1613. 3. *Panz. Ent. Germ.* 33. 13.

*Byrrhus Pilula.* Var. δ. *Payk. Faun. Suec.* i. 75.

*Oliv.* ii. 13. 7. 4. t. 1. f. 5. a, b.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus nigrum, sive atro-rufescens.

Thorax niger, maculâ magnâ variè sinuosâ, cinereo-rufescenti.

rufescenti. Hæc macula discum ferè totum occupat. Quoniam elytra maculam communem gerunt, de Coleoptris dicendum est. Coleoptra igitur nigra sunt, et quasi veluto oblecta; in medio autem maculam magnam sub-ferrugineam gerunt, quam maculam lineam cinerascens paulo undique intervallo eingit.

Obs. *Cistela nigra* Forsteri (Cent. 14.) videtur esse *Cis. dorsalis* villis spoliata, ut sæpe accidit *Cistelis* villosis.

7. *Cis. ovata fusca nitida, elytris striatis: striis fusca.*  
decem impressis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat prope Holt in Norfolciâ. *D. Scrimshire.*

DESCR. Corpus totum fuscum. Thorax nitidus, punctatissimus. Antennæ et pedes concolores.

8. *Cis. suprâ atra, subtùs picea.*

*bicolor.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Sheppard.*

DESCR. *Cis. dorsali* similis. Caput, thorax et elytra atra, villosa, immaculata. Antennæ nigræ. Corpus subtùs piceum.

9. *Cis. ovata fusca obscura, antennis pedibusque picipes.*  
rufis.

Byrrhus picipes. *Oliv. ii. 13. 9. 9. t. 2. f. 9. a, b.*

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Totum corpus fuscum, pubescens. Elytra striata. Antennæ et pedes rufi.

10. *Cis. atra obscura setosa.*

*maritima.*

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Capta tempore autumnali semel  
apud

apud Landguard-Fort, Suffolciâ; iterum apud Holme-juxta-mare, Norfolciâ. *D. Kirby.*

DESCR. Corpus atrum, obscurum, setosum, setis rigidiusculis. Antennæ capitatae, capitulo obtuso. Elytra striata. Os ferrugineum.

*picea.*

11. Cis. ovata picea nitida, elytris striatis, pedibus rufis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat —

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Totum corpus piceum, nitidum. Elytra striata. Antennæ pedesque rufo-testacei.

---

## 10. CORTICARIA.

*Antennæ* clavatae, clavâ perfoliatâ.

*Caput* prominens.

*Thorax et Elytra* marginata.

*Corpus* sublineare, plerumque depressiusculum.

*picipes.*

1. Cor. nigra nitida, antennis pedibusque piceis.

İps picipes. *Oliv.* ii. 18. 7. 7. t. 2. f. 12. a—d.

*Lyctus politus.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 502. 1.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat sub arborum corticibus.

DESCR. Corpus nigrum, nitidum. Antennæ fusco-ferrugineae, articulis duobus ultimis clayatis. Thorax laevis. Elytra sub-striata. *Oliv.*

*taxicornis.* 2. Cor. nigra laevis, elytris obsoletissimè striatis, antennis



antennis pedibus elytrorumque maculâ ferrugineis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat sub arborum corticibus. Ex mus. *D. Latb-bury*.

DESCR. Totum corpus nitidiusculum, depressum, nigrum. Thorax punctulis minimis conspersus. Elytra sub lente obsolete striata, striæ ex punctulis impressis. Antennæ et pedes ferruginei. Corpus tenue, ne minimè quidem crassum.

3. Cor. fusco-castanea elytris striatis, thoracis *oblonga*. medio longitudinaliter excavato.

Ips *oblonga*. *Oliv.* ii. 18. 7, 8. t. 1. f. 5. a, b.

Dermestoides unipunctatus. *Herbst. Arch.* iv. 40. 8. t. 21. f. h. h. *Fuesl. Arch.* 95. t. 21. f. h. h.

*Lyctus canaliculatus*. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 504. 11. *Panz. Ent. Germ.* 342. 9. *Payk. Faun. Suec.* iii. 332. 9.

*Panz. Faun. Germ.* iv. t. 16.

Long. corp. 2 lin.

Habitat sub arborum corticibus.

DESCR. Elytra tenuiter striata; satis autem distincta. Thorax foveâ mediâ.

4. Cor. rufo ferruginea, thorace fusco: punctis *dermestoides*. quatuor impressis.

*Cucujus dermestoides*. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 96. 10.

*Panz. Ent. Germ.* 208. 7.

*Panz. Faun. Germ.* 3. t. 13.

Long. corp.  $2\frac{1}{3}$  lin.

Habitat sub arborum corticibus.

DESCR. Totum corpus ferè unicolor, oblongum, acutiusculum. Thorax vero disco sub-fusco, punctis quatuor impressis, colon geminum referentibus.

5. Cor. fusco-testacea, elytris striatis, thorace *frumentaria*. striis tribus elevatis: lateribus denticulatis.

Ips

Ips frumentaria. *Oliv.* ii. 18. 10. 14. t. 2. f. 13. a—d.  
 Collidium frumentarium. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 496. 4.  
 Collidium 6-dentatum. *Payk. Faun. Suec.* iii. 313. 2.  
*Herbst. Jablonsk.* vii. 283. 4. t. 113. f. 1.  
 Dermestes 6-dentatus. *Panz. Faun. Germ.* 14. t. 11.  
 Dermestes surinamensis. *Linn. Syst. Nat.* 565. 29.  
*Gmel.* 1597. 29.  
 Tenebrio surinamensis. *De Geer*, v. 54. 5. t. 13. f. 12.  
 Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus fuscum. Antennæ filiformes, articulis tribus ultimis subclavatis, perfoliatis. Thorax crenatus, dorso lineis tribus elevatis. Elytra striatopunctata, lineisque elevatis. *Oliv.*

*dentata.* 6. Cor. rufescens, elytris lineis elevatis tribus obsoletis, thorace punctis duobus impressis: lateribus dentatis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ——— *Moist lignum*

DESCR. Corpus depressum, obscurè rufescens. Antennæ, caput et thorax ex nigro rufescunt. Elytra et pedes amœniore. Thorax lateribus crenatodentatis. Ad apicem thoracis puncta duo media impressa, ferè contigua. Elytra striis tribus elevatis, obsoletis, et inter has striæ aliquot tenuiores ex punctulis impressis, unde elytra sub lente quasi reticulata. Femora postica dentata, dente unico valido.

*bipunctata.* 7. Cor. testacea, abdomine capite punctoque elytrorum nigris.

Notoxus bipunctatus. *Fab. Ent. Syst.* i. a. 212. 8.  
*Panz. Ent. Germ.* 87. 3.  
*Panz. Faun. Germ.* 26. t. 9.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat sub arborum corticibus.

DESCR. Antennæ apice nigræ, basi testaceæ. Thorax planiusculus,

planiusculus, testaceus, immaculatus. Elytra sub lente punctulatissima, obsolete striata, puncto unico post medium atro. Abdomen atrum. Pedes testacei.

8. Cor. fusco-ferruginea pubescens, thorace posticè *punctulata*. scrobiculo transverso, elytris punctulatissimis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus, præter abdomen quod nigrum est, fusco-ferrugineum. Pubescentia quædam totam superficiem occupat. Thorax posticè scrobiculum transversum, qui non ad margines attingit, medio latiore, gerit. Elytra vix striata, punctulis minutissimis omninò conspersa. Antennæ articulis tribus ultimis majoribus.

9. Cor. fusco-ferruginea, thorace subrotundo posticè scrobiculato: lateribus serrulatis, elytris punctulatis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillima *Cor. punctulatæ* in omnibus præterquam thorace denticulato. Antennæ articulis tribus ultimis majoribus. Sed quod singulare admodum, thorax penè rotundus est, posticè scrobiculo sive puncto majori impresso, et ad latera denticulatus sive serrulatus. Thorax et elytra punctulis minimis conspersa. — Elytra vix striata.

10. Cor. ferruginea, oculis nigris, thorace posticè *transversa*. lineâ transversâ, elytris punctato-striatis.

Ips transversa. *Oliv.* ii. 18. 14. 20. t. 3. f. 20. a, b.

Tenebrio lardarius. *De Geer*, v. 45. 7. t. 2. f. 25, 26.

Long. corp.  $\frac{7}{8}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Tota (oculis nigris exceptis) ex brunneo ferruginea. Pedes et antennæ pallidiores. Elytra punctato-

tato-striata. Thorax posticè foveâ sive lineâ (pro magnitudine animalculi) satis latâ transversâ exaratur.

*impressa.* 11. Cor. nigra, elytris striatis, pedibus rufescentibus,

Ips *impressa.* *Oliv.* ii. 18. 14. 21. t. 3. f. 24. a, b.

*Dermestes longicornis.* *Fuesl. Arch.* 82. 10. t. 20. f. 8. i.

Long. corp.  $\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Habitus *Auchenicæ*, thorax enim elytris angustior; at antennæ ad hoc genus amendant. Color ex nigro piceus. Thorax lineam impressam, transversam, gerit. Elytra punctis omninò ornata, et striata sunt. Pedes ex rufo-ferruginei.

*fumata.* 12. Cor. ferruginea glabra, thoracis lateribus subcrenatis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in cloacis per totam hyemem, comes *Ptini Furis*.

DESCR. Parvus, corpus nigrum, elytris solis æneis. *Syst. Ent.*

*Obs.* Magnitudine et staturâ simillima *Cur. chalceo*, sed differt elytris æneis, nec viridi-cæruleis. An species distincta? An sexûs differentia?

*aterrimus.* 14. Cur. niger, elytris cæruleis striatis obscuris, abdomine elliptico.

*Linn. Syst. Nat.* 607. 10. *Faun. Suec.* 582? *Faun. Fred.* 10. 90?

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Elytra cæruleo-viridia, obscuriuscula. Affinis *Cur. chalconeo*, sed differt apprimè, elytris obscuriusculis, nec nitidis.

*Sorbi.* 15. Cur. ater, elytris cæruleis striatis, antennis rostro basi insidentibus.

*Curculio lævigatus.* *Payk. Monog.* 133.

*Attelabus Sorbi.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 390. 29. *Payk. Faun. Suec.* iii. 178. 12.

*Panz. Faun. Germ.* 20. t. II.

*Apion Sorbi.* *Herbst. Jablonsk.* vii. III. 9. t. 102. f. 9.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Elytra profundè striata, punctis striarum impressis.

*obscurus.* 16. Cur. niger albido-villosulus, elytris obscurè nigro-æneis, pedibus quatuor anterioribus rufis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Lambert.*

DESCR. Statura ferè præcedentis, sed major. Corpus nigrum, pilis albidis scatens. Rostrum thorace longius, glabrum. Antennæ basi rufæ. Thorax anticè attenuatus. Elytra obscurè nigro-ænea, striata, striis subpunctatis. Pedes quatuor anteriores rufi, genibus nigris.

*fuscicornis.* 17. Cur. niger, elytris nigro-cæruleis striatis, antennarum basi testaceâ.



An *Curculio punctiger*. *Payk. Monog.* 132?

An *Attelabus punctiger*. *Payk. Faun. Suec.* iii. 179. 13?

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum tenue, ferè longitudine thoracis.

Antennæ nigræ, parte inferiori testaceâ.

18. *Cur. niger*, rostro subulato brevi, abdomine *Craccæ*. pallido.

*Linn. Syst. Nat.* 606. 6. *Gmel.* 1743. 6. *Payk. Monog.*

131. *Vill.* i. 174. 3.

*Cur. Viciæ*. *De Geer*, v. 253. 43. t. 6. f. 31. 32.

*Attelabus Craccæ*. *Payk. Faun. Suec.* iii. 177. 11.

*Apion Craccæ*. *Herbst. Jablonsk.* vii. 102. 2. t. 102. f. 2. B.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in *Viciæ Craccæ* seminibus.

DESCR. Corpus nigrum. Elytra striata, striis latitudine interstitiorum. Antennarum primus articulus testaceus.

Oculi subtùs ciliati, imprimis in masculis. *Syst. Nat.*

19. *Cur. ater glaber*, rostro subulato, antennis basi *glaber*. rufis.

Long. corp.  $2\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby*.

DESCR. Præcedentis staturâ sed major. Totus ater obscurus. Rostrum subulatum, basi admodum incrassatum, punctulatum, acumine lævi. Antennæ rostri medio insidentes, articulo primo rufo. Thorax teres, punctulatus, posticè lineâ longitudinali exaratus. Elytra sulcato-striata, striis nitidè punctatis. Pedes nigri.

20. *Cur. niger*, rostro piloso subulato, thorace *cærulescens*. elytrisque *cæruleis*.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus suprà cæruleum, subtùs nigrum. Elytra striata; puncta minima in fundo striarum.

*rufirostris.* 21. Cur. niger, rostro dimidiato pedibusque rufis, *Fab. Syst. Ent.* 132. 25. *Sp. Ins.* i. 167. 35. *Mant.* 1. 100. 46. *Vill.* i. 187. 44. *Gmel.* 1744. 107. *Faun. Etrusc.* 293. *Hellw.* 293. *Attelabus rufirostris.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 390. 26. *Apion rufirostris.* *Herbst. Jablonsk.* vii. III. 10. t. 102. f. 10.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Malvis.*

DESCR. Caput nigrum, at anterior dimidia rostri pars rufa, apice tamen puncto parvo nigro. Thorax niger. Elytra striata, immaculata. Pedes rufi, femoribus simplicibus. *Syst. Ent.*

*Trifolii.* 22. Cur. ater, rostro porrecto, pedibus ferrugineis: plantis nigris.

*Linn. Syst. Nat.* iii. *App.* 224. *Gmel.* 1738. 209.

*Trans. Linn. Soc.* vi. 142. t. 5. f. a—c.

*Curculio flavipes.* *Fab. Syst. Ent.* 133. 33. *Sp. Ins.* i. 169. 47. *Mant.* i. 102. 63. *Gmel.* 1745. III. *Laich.* i. 232. 23. *Payk. Monog.* 135.

*Attelabus flavipes.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 391. 33. *Panz. Ent. Germ.* 298. 22. *Payk. Faun. Suec.* iii. 182. 17.

*Panz. Faun. Germ.* 20. t. 13.

*Apion flavipes.* *Herbst. Jablonsk.* vii. 106. 5. t. 102. f. 5.

Le Becmare noir à pattes fauves. *Geoff.* i. 272. 8.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in floribus *Trifolii pratensis.*

DESCR. Corpus atrum. Rostrum thorace paulo longius. Antennæ piceæ. Thorax punctulatus. Elytra striata. Pedes ferruginei, plantis semper nigris: est ubi tibiis nigris variat. Abdomen niveum.

*Malvæ.* 23. Cur. thorace nigro, elytris pedibusque testaceis.

*Fab.*

*Fab. Syst. Ent.* 132. 30. *Sp. Ins.* i. 168. 42. *Mant.* i. 101. 57. *Vill.* i. 188. 49. *Gmel.* 1743. 101.

*Curculio Pineti.* *Payk. Monog.* 61. 58.

*Attelabus Malvæ.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 391. 32. *Panz. Ent. Germ.* 297. 21.

*Rynchites Malvæ.* *Herbst. Jablonsk.* vii. 138. 15.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in floribus *Malvæ sylvestris* non infrequens.

DESCR. Rostrum nigricans. Thorax et abdomen pilis cinereis grisea. Elytra testacea. Pedes testacei, femoribus inermibus. *Syst. Ent.*

24. *Cur. ater*, antennis ferrugineis, thorace bituberculato. *Pruni.*

*Linn. Syst. Nat.* 607. 12. *Faun. Suec.* 583. *Vill.* i. 176. 9. *Scop.* 84. *Fab. Gen. Ins. Mant.* 223. *Sp. Ins.* i. 167. 30. *Mant.* i. 100. 38. *Ent. Syst.* i. b. 405. 50. *Payk. Monog.* 128. *Panz. Ent. Germ.* 301. 13. *Herbst. Jablonsk.* vi. 445. 443.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in foliis *Cerasi*.

DESCR. Totus ater. Elytra striata. Antennæ subferrugineæ. Femora mutica. Thorax a tergo tuberculis duobus, elevatis, vix mucronatis. *Syst. Nat.*

25. *Cur. ater lævis*, corpore oblongo utrinque radiolus acutiusculo, thorace punctulato.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ————— Ex mus. *Miss Hill.*

DESCR. *Curculiones* atros difficile est ritè dignoscere. In hoc forma corporis quodammodo singularis est. Radium quippe textoris refert, anticè enim et posticè acutior quam in congeneribus accidit. Thorax punctulatus, punctis minutissimis, numerosissimis, impressis. Elytra striata; striæ absque punctis impressis, satè profundè exaratæ.

*concinuus.* 26. Cur. griseo-cinerascens, elytris striatis: fasciis duabus fusco-ferrugineis, pedibus rufis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Kirby.*

DESCR. Caput et thorax fusco-ferruginea, vellere cinerascenti oblecta. Elytra profundè pro magnitudine animalculi striata; fasciis duabus sub-arcuatis, fusco-ferrugineis, primâ ad medium, secundâ pone medium, parvo intervallo. Pedes pallidè rufi.

*melanopus.* 27. Cur. nigricans, elytris striatis griseis, pedibus rufis: plantis atris.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum tenue, nigrum, nitidum. Caput et thorax nigro-fusca. Elytra profundius striata, fusco-ferruginea, pilis brevissimis cinerascencia. Pedes rufi, plantis atris.

*cinerascens.* 28. Cur. nigricans, vellere argenteo-cinerascenti, tibiis ferrugineis.

An *Attelabus* *Viciæ*? *Payk. Faun. Suec.* iii. 181. 16.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ præter clavam ferrugineæ. Elytra tenuissimè striata, tomentosa, pilis argenteo cinerascensibus. Rostrum pro animalculi magnitudine crassiusculum, et vix dimidium corporis superat.

*brunneus.* 29. Cur. piccus, pedibus testaceis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum, caput, thorax et elytra ex nigro-picea. Thorax scaber, punctulis numerosissimis elevatis. Elytra profundè striata; striæ ex punctis impressis. Pedes omninò testacei.

30. Cur.

30. Cur. ater, thorace scabro, coleoptris globosis *striatus*.  
profundè striatis: punctis profundiusculis im-  
pressis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ————— Ex mus. *D. Kirby*.

DESCR. Antennæ nigræ. Rostrum atrum, porrectum,  
leviter arcuatum, glaberrimum, politum. Caput atrum,  
punctis prominulis scabrum. Elytra pro magnitudine  
animalculi striis latoribus et profundioribus exarata.  
In striis punctula profundiuscula impressa. Pedes  
atri, punctulis prominulis scabri.

31. Cur. ater, elytris viridescenti-cæruleis, rostro *viridescens*:  
longissimo.

Long. corp. 2 lin.

Habitat —————

DESCR. Totus ater, elytris solis viridescenti-cæruleis.  
Thorax punctulatissimus, fossulâ longitudinali impres-  
sus. Elytra punctato-striata, striis quasi aceductis, et  
nitidè punctatis.

32. Cur. ater, elytris cæruleis subsulcatis, anten- *subsulcatus*.  
nis rostro medio insidentibus.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat —————

DESCR. Ater, elytris cæruleis, sulcato-striatis, striis  
punctis impressis. Thorax punctulatus, fossulâ nullâ.

33. Cur. ater viridescenti-cæruleus, rostro brevi *Hydrolapa-*  
*thi*.  
crassiusculo.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat in *Rumice Hydrolapatho*.

DESCR. Rostrum brevius, crassius quam in cæteris  
hujus ordinis. Thorax leviter punctulatus. Elytra  
striata, striis nitidè punctatis.

34. Cur.

*villosulus.* 34. Cur. ater villosulus, elytris nigro-cæruleis subsulcatis, antennis basi testaceis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totus cinérascenti-villosulus. Antennæ rostri longiusculi medio insidentes. Thorax punctulatus, lineâ longitudinali obsolete exaratus. Elytra sulcato-striata, striis punctatis.

b. *Antennis fractis, femoribus simplicibus.*

\* *Corpore ovato, rostro pectori intra pedes sese applicante, sive pectus premente.*

*nigrinus.* 35. Cur. niger sub-pubescentis, elytris striatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum tenuissimum. Corpus pilis brevissimis obsitum, subtus argenteum.

*contractus.* 36. Cur. ater unicolor, thorace anticè contracto.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum tenue, arcuatum, thorace paulo longius. Thorax anticè quasi filo circumdatus, subito contractus; sub lente punctis prominulis scabriusculus. Elytra striata; striæ punctis impressis. Interstitia etiam punctulata. Abdomen subtus punctulatum. Pedes tenues.

*melano-rhynchus.* 37. Cur. rufo-testaceus, elytris nebulis albicantibus, rostro nigro.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

In mus. D. Kirby.

DESCR. Rostrum, quod thorace duplo longius, nigrum est. Thorax anticè contractus, quasi filo arcè circumdatus et obstrictus. Elytra rufo-testacea, nebulis albicantibus,

albicantibus, quæ aliquando posticè fasciæformes sunt : porro striata ; striæ punctis impressis. Totum corpus subtùs vellere albicanti. Distinguendus a *Cur. melanocephalo* rostro solo, nec capite nigro.

38. *Cur. niger*, thoracis lateribus elytrisque præ-*pallens*.  
terquam ad basin pallidè testaceis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum nigrum, thorace paulo longius. Caput nigrum. Thorax dorso nigro, lateribus pallidè testaceis. Elytra satis profundè striata, basi et suturâ nigris ; per cætera pallidè testacea. Abdomen fusco-nigrum. Pedes, præter basin femorum posteriorum quæ nigra, ferruginei sunt, sive testacei. Ad apicem utriusque elytri punctum elevatum, pustulum referens.

39. *Cur. rufo testaceus*, thorace griseo, elytris ne-*ruber*.  
bulis albicantibus.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus rufo-testaceum, sed caput et thorax fuscescentia. Elytra striata, villositate nebulisque albicantibus obsita. In medio elytrorum nebula sive fascia recurva.

40. *Cur. niger*, antennarum basi coleopterorum *Salicariæ*.  
disco tibiisque testaceis.

*Fab. Sp. Ins.* i. 167. 36. *Mant.* i. 101. 48. *Ent. Syst.*  
i. b. 407. 59. *Vill.* i. 187. 46. *Panz. Ent. Germ.*  
362. 21. *Gmel.* 1744. 109.

*Panz. Faun. Germ.* 17. t. 4.

*Curculio Lythri* var.  $\beta$ . *Payk. Monog.* 71. *Faun. Suec.*  
iii. 263. 85.

Long. corp.

Habitat in *Lythro Salicariæ*. *Fab.*

DESCR. Corpus parvum nigrum. Antennæ clavatæ,  
nigræ,

nigræ, basi testaceæ. Rostrum elongatum, striatum, et thorax nigra, immaculata. Coleoptra striata, disco testaceo, margine omni nigro. Pedes testacei, femoribus apice fuscis. *Ent. Syst.*

*Lytbri.*

41. *Cur. niger*, elytris testaceis: basi margine exteriori fasciâque mediâ abbreviatâ obliquâ nigris.

*Fab. Ent. Syst. i. b. 410. 73. Payk. Faun. Suec. iii. 263. 85. Monog. 71. Herbst. Jablonsk. vi. 451. 453. Panz. Ent. Germ. 305. 33.*

*Panz. Faun. Germ. 17. t. 8.*

*Cionus Lythri. Ent. Helv. 69. 2.*

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in *Lytbri* floribus. Ex mus. *Miss Hill.*

DESCR. Animal mirè variat. Thorax modo niger, modo ferrugineus. Elytra variant testacea basi nigrâ, et testacea basi margine exteriori et fasciâ mediâ abbreviatâ obliquâ nigris; fascia interdum latior, et longior; discum ferè totum occupat, et ad marginem anteriorem attingit. Observandum autem, quod rostrum, caput et abdomen semper nigra. Basis elytrorum semper nigra. Pedes semper testacei.

An varietas *Cur. Salicariæ*?

*A-maculatus.*

42. *Cur. nigricans*, coleoptris maculis quatuor albidis.

*Linn. Syst. Nat. 609. 29. Faun. Suec. 600. Vill. i. 181. 25. Herbst. Jablonsk. vi. 447. 447. Fab. Syst. Ent. 133. 31. Sp. Ins. i. 169. 44. Mant. i. 101. 58. Ent. Syst. i. b. 410. 71.*

Le Charanson quadrille à longue trompe. *Geoff. i. 287. 22.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus depressiusculum, ovatum, suprâ nigricans, subtus album. Rostrum, antennæ et pedes nigra. Elytra maculâ albâ communi unâ ad apicem, et unâ loco scutelli, nec non punctum album ad marginem anteriorem singuli elytri. *Faun. Suec.*

43. *Cur.*



43. Cur. ater, rostro inflexo, pedibus ferrugineis: *inflexus*.  
 ungue nigro.

An Curculio acridulus? *Panz. Faun. Germ.* 42. t. 10.

Long. corp.  $\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *Cur. Trifolii*, sed rostrum inflexum est, non porrectum, et unguis solùm nigri.

44. Cur. capite thoraceque nigris, pedibus elytris- *melano-*  
 que rufis. *cephalus.*

Long. corp. (rostro autem inflexo) 1 lin.

Habitat ——— Captus in foliis virgultorum,  
 Coombe-wood.

DESCR. Rostrum circiter dimidium corporis æquat. Abdomen, thorax, caput, oculi et rostrum nigra. Pedes et elytra rubra. Elytra profundius striata; striæ subcrenatae, ex punctis impressis.

45. Cur. thorace bituberculato fusco: lateribus *leucogaster-*  
 pallidis, elytris fusco-cinereis striatis, corpore subtùs pallido.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum crassiusculum, thorace brevius. Thorax dorso fusco, lineâ longitudinali lateribusque albis; et tuberculo minuto in utroque latere. Elytra satis profundè striata, striis integris, fusca, vellere cinereo. Totum corpus subtùs pallidum, sive album. Pedes rufescentes, geniculis nigris. Color hujusce animalculi ubique ex squamulis sive vellere aut tomento efficitur.

46. Cur. cinereo-albus, elytris nigro-nebulosis, *Sisymbrii.*  
 rostro longo tenui inflexo.

*Fab. Gen. Ins. Mant.* 224. 26. 27. *Sp. Ins.* i. 168. 38.

*Mant.* i. 101. 50. *Ent. Syst.* i. b. 409. 66. *Payk.*

*Monog.* 52. *Faun. Suec.* iii. 247. 66. *Panz. Ent.*

*Germ.* 303. 26. *Gmel.* 1750. 143. *Vill.* i. 187. 47.

*Herbst.*

*Herbst. Jablonsk.* vi. 159. 116. t. 70. f. 12. *Panz. Faun. Germ.* 17. t. 6.

Long. corp. 2 lin. rostro producto.

Habitat ——— In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Rostrum deflexum, et incurvum, nigrum. Thorax lateribus cinereo-albis, medio fuscescit, lineâ mediâ albidâ longitudinali. Elytra striata, cinereo-alba, nebulis queisdam nigris, sive maculis: quæ ad basin sitæ sunt arcuatim confluunt; una ante apicem singularis. Pedes concolores.

*Lapathi.* 47. Cur. albido nigroque varius muricatus.

*Linn. Syst. Nat.* 608. 20. *Faun. Suec.* 591. *Vill.* i. 178. 16. *Gmel.* 1763. 20. *Fab. Syst. Ent.* 138. 61. *Sp. Ins.* i. 176. 86. *Mant.* i. 106. 109. *Ent. Syst.* i. b. 429. 149. *Payk. Monog.* 35. *Faun. Ingr.* 329. *Panz. Ent. Germ.* 311. 71. *Laich.* i. 220. 15. *Payk. Faun. Suec.* iii. 187. 4.

*Trans. Linn. Soc.* i. 86. t. 5. f. 1—5. *Panz. Faun. Germ.* 42. t. 15. *Don. Brit. Ins.* t. 205. f. 1. *Herbst. Jablonsk.* vi. 153. 111. t. 70. f. 6.

Curculio albicaudis. *De Geer*, v. 223. 16. t. 7. f. 1. 2.

Long. corp. 5 lin.

Habitat in *Rumicibus Lapathis*. *Linn.* In truncis *Salicis viminalis*. *D. Curtis.*

DESCR. Latera capitis thoracis elytrorumque alba, muricata. Elytra posticè contracta, albida, at a tergo nigricantia, muricata. Abdomen nigricans. Tibiæ rufescentes. *Faun. Suec.*

*Fquiseti.* 48. Cur. thorace lævi, elytris muricatis nigris: punctis duobus apiceque albis.

*Fab. Syst. Ent.* 130. 14. *Sp. Ins.* i. 165. 20. *Mant.* i. 99. 26. *Ent. Syst.* i. b. 403. 39. *Payk. Monog.* 36. *Vill.* i. 186. 39. *Gmel.* 1748. 128. *Panz. Ent. Germ.* 301. 10. *Payk. Faun. Suec.* iii. 226. 44.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 287. 258. t. 82. f. 4.

Curculio nigro-gibbosus. *De Geer*, v. 224. 17.

Long.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in *Equiseto arvensi*.

DESCR. Nimis affinis videtur *Cur. Lapatbi*. Rostrum atrum. Thorax niger, vix tuberculatus, lateribus albis. Elytra muricata, lateribus apiceque albis; in parte anteriori nigrâ, puncta duo, parva, alba. *Syst. Ent.*

49. *Cur. ater*, elytris porcis duobus elevatis crenatis: interiori subinflexo, thorace pedibusque albo villosis. *porcatus.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat ad radices *Ornithogalorum* in horto suo, Hammersmith. *D. Lee.*

DESCR. Color hujusce animalculi omninò aterrimus; at thorax et pedes tomento densissimo, sive villo albo, obvestiuntur. Elytra admodum singularia: ad latera plana sunt, et punctis maximis quasi pertusa; in medio porci duo longitudinales crenati elevantur, quorum exterior subrectus, interior subincurvus, sive arcuatus, et ad apicem subinterruptus. Porci non ad apicem pertingunt.

50. *Cur. niger*, cineritie albicanti, thorace anticè obstrictus. contracto.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum quod lentiùs inflexum, ferè dimidio longitudinem thoracis superat. Thorax post juncturam capitis circulo impresso quasi filo artetè obstrictus fuerit. Totum corpus, et præcipuè subtùs, cineritie notatur. Hæc autem cinerities ex tomento sive pilis brevissimis oritur.

51. *Cur. niger*, corpore subtùs pallido, elytris *leucostigma*. nigro-cinerascentibus: maculâ communi dorsali albâ, rostro crassiusculo.

Long.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum crassiusculum, thorace brevius. Thorax dorso nigro, lateribus pallidis. Elytra satis profundè striata, striis integris, nigra, vellere cinereo: ad basin suturæ macula parva oblonga communis alba. Totum corpus et pedes ut in *Cur. leucogastere*.

*Resedæ.* 52. *Cur. niger*, corpore subtùs pallido, elytris striatis: maculâ communi dorsali albâ, rostro teretiusculo.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in *Resedâ luteâ*.

*D. Kirby.*

DESCR. Rostrum teretiusculum, thorace longius. Thorax dorso nigro, lateribus pallidis. Elytra striata, nigra, maculâ parvâ oblongâ communi albâ, ut in *Cur. leucostigmate*. Pedes ferruginei.

*melano-*  
*stigma.* 53. *Cur. niger*, corpore subtùs pallido, elytris nigro-cinerascentibus: maculâ communi nigrâ.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Statura *Cur. leucostigmatis*, cui valdè affinis, at facilè distinguendus maculâ lineari atrâ dorsali communi medium suturæ inficienti; basis suturæ albescit.

*Ulicis.* 54. *Cur. cinereus*, pedibus anticis ferrugineis.

*Forst. Cent. 31.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat in *Ulice Europæâ*.

*D. Kirby.*

DESCR. Rostrum tenue, nigrum, nitidum, ferè longitudine corporis. Totum corpus cinereum, præter oculos et sinciput quæ nigra, et pedes anticos qui ferruginei sunt. Elytra striis plurimis, circiter novem. Antennæ nigrae.

55. *Cur.*

55. *Cur. niger*, thorace bituberculato canaliculato-*assimilis*.  
que, elytris striatis.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 409. 65. *Payk. Monog.* 69. 67.

*Faun. Suec.* iii. 257. 77.

*Panz. Faun. Germ.* 42. t. 6.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum tenue, nigrum. Thorax subdepressus, niger, anticè angustatus, margine anteriore parùm elevato, sulculo longitudinali et tuberculo utrinque laterali. Elytra nigra, striata; callo baseos in angulo exteriori. Totum corpus subtùs nigrum, squamulis cinerascentibus. Pedes nigri.

56. *Cur. niger lævis*, thorace bituberculato, elytris *Erysimi*.  
cyaneis profundè punctato-striatis.

*Fab. Mant.* i. 101. 54. *Ent. Syst.* i. b. 410. 70. *Faun.*

*Ingr.* 325. *Gmel.* 1743. 100. *Panz. Ent. Germ.*

304. 30. *Payk. Faun. Suec.* iii. 265. 87. *Monog.*

76. 73.

*Panz. Faun. Germ.* 17. t. 7. *Herbst. Jablonsk.* vi. 407.

388. t. 92. f. 1.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum nigrum. Thorax obscurè viridis, tuberculo utrinque elevato. Elytra striata, cyanea. Pedes nigri. *Ent. Syst.*

57. *Cur. niger*, rostro deflexo thorace longiori *pyrrhorbyn-*  
rufo basi nigro. *chus.*

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufæ. Rostrum deflexum, præter basin, rufum. Totum corpus nigrum, subtùs argenteo-album. Thorax punctulatus. Elytra striata, tomentosa, pilis argenteo-cinerascentibus: in striis punctula minuta, impressa. Pedes nigri.

- phaeorhynchus.* 58. Cur. nigricans, vellere argenteo-cinerascenti, rostro ferrugineo.  
 Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.  
 Habitat ———  
 DESCR. Antennæ nigræ, apicibus clavarum cinerascentibus. Rostrum longissimum, ferrugineum. Elytra tenuissimè striata, tomentosa, pilis argenteo-cinerascentibus.
- ptinoides.* 59. Cur. brunneus, thorace scabro, elytris profundè striatis squamulis testaceis nebulosis obtectis, rostro rufo.  
 Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.  
 Habitat ———  
 DESCR. Rostrum rufum, depressum, apice dilatato. Antennæ rufæ. Thorax globosus, scaber, squamulis testaceis obtectus. Elytra profundè striata, squamulis testaceis albisque varia. Pedes ferruginei, squamulis obvestiti.  
*Obs.* Hoc animal primâ facie simillimum *Ptino Furi* est.
- ruficrus,* 60. Cur. niger, elytris obscurè rufis cinereo-striatis, tibiis testaceis.  
 Long. corp. circiter 1 lin.  
 Habitat ———  
 DESCR. Thorax anticè angustatus, quasi constrictus, albido-villosus. Elytra obscurè rufa, villis cinereis jucundè et distinctè striatula. Corpus subtùs nigrum, polline albido irroratum. Pedes nigri, tibiis solis rufis.
- constrictus:* 61. Cur. niger, elytris cinereo striatis.  
 Long. corp. 1 lin.  
 Habitat in *Cochleariâ Armoraciâ*.  
 DESCR. Præcedenti simillimus, sed totus niger, albido-villosus.

62. Cur. piceus, capite thoracisque striis tribus *canescens*.  
obsoletè canescentibus, elytris striatis: suturâ  
nigrâ.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ————— Ex mus. *Miss Hill*.

DESCR. Rostrum subinflexum, ex nigro piceum, glaberrimum. Oculi nigri. Caput pilis incanis tomentosum. Thorax piceus, striis tribus, unâ mediâ, duabus lateralibus, obsoletè cinerascens. Elytra ex rufo-picea, striata; striis satis profundis, punctis impressis. Sutura nigra. Abdomen ex nigro piceum. Pedes ex rufo-picei.

63. Cur. niger, elytris striatis, tarsis rufis. *pyrrhodactylus*.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ————— In mus. *D. Kirby*.

DESCR. Totus niger. Thorax punctatus, lineâ longitudinali elevatâ in medio. Elytra valdè striata. Corpus subtus squamis cinerascens obtectum. Tarsi rufi.

64. Cur. niger, thorace anticè contracto subspinoso, elytris striatis, tarsis pallidis. *pallidactylus*.

Long. corp. 2 lin.

Habitat —————

DESCR. Totus niger. Thorax punctatus, lineâ longitudinali impressâ in medio, anticè circulo valdè impresso, et hinc margo anterior elevatus et subspinosus videtur. Elytra striata. Tarsi pallidi.

65. Cur. niger, elytris nigris ferrugineo canoque *tricolor*.  
variis, tibiis plantisque rubellis.

An Curculio pygmæus? *Herbst. Jablonsk. vi. 142. 102.*  
*t. 69. f. 7.*

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in gramine.

*D. Sheppard.*  
DESCR.

DESCR. Niger, cano pilosulus. Elytra striata, nigra, vittâ laterali introrsum ramosâ, ferrugineâ: in utroque elytro punctum album, prope apicem.

*villosus.*

66. Cur. tomentosus pallidus, thorace subgriseo.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat in *Tritici* culmis.

D. Kirby.

DESCR. Reverà niger, sed totus, etiam rostri basis, pilis brevissimis squamulisve pallidis obtectus. Thorax subglobosus, parum rufescens.

\*\* Corpore ovato, rostro sese pectori applicante, femoribus posticis crassis.

*Alni.*

67. Cur. niger villosus, elytris testaceis: maculis duabus obscuris.

Linn. Syst. Nat. 611. 42. Faun. Suec. 608. Vill. i.

192. 82. Gmel. 1760. 42. Fab. Syst. Ent. 144. 90.

Sp. Ins. i. 183. 23. Mant. i. 110. 151. Ent. Syst.

i. b. 445. 216. Faun. Etrusc. i. 321. Hellw. 321.

Panz. Ent. Germ. 318. 109. De Geer, v. 262. 49.

Payk. Monog. 19. Faun. Suec. iii. 220. 39.

Don. Brit. Ins. t. 249. f. 2. Herbst, Jablonsk. vi. 425. 411. t. 93. f. 7.

Le Charanson sauteur à taches noires. Geoff. i. 286. 20.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in *Betulâ Alno.*

DESCR. Niger villosus. Thorax rufo-testaceus, fasciâ abbreviatâ nigrâ. Elytra testacea, striata, maculâ baseos oblongâ, et posticè aliâ majore transversali, communi, obscuriore.

*ferrugineus.* 68. Cur. ferrugineus, rostro capite abdomineque anticè aterrimis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Quercu.*

DESCR. Elytra villosa, striata. Abdomen atrum, segmentis



mentis ultimis, præcipuè ad latera, ferrugineis. Antennæ ferrugineæ. Pedes ferruginei, geniculis nigricantibus.

69. *Cur. rufus*, oculis pectore abdomineque an-*rufus*.  
ticè nigris.

*Schrank*, 220. *Vill.* i. 193. 86.

*Don. Brit. Ins.* t. 249. f. 1.

*Curculio viminalis.* *Fab. Syst. Ent.* 145. 92. *Sp. Ins.* i.  
184. 126. *Mant.* i. 110. 155. *Ent. Syst.* i. b.  
447. 223. *Payk. Monog.* 18. *Faun. Suec.* iii. 219. 38.  
*Panz. Ent. Germ.* 319. 116.

*Cur. saltator Ulmi.* *De Geer*, v. 260. 48. t. 8. f. 5.

Le Charanson sauteur brun. *Geoff.* i. 286. 19.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Corylo*.

DESCR. Totus, etiam rostro antennis pedibusque, rufus, et ferè ruber; sed oculi, pectus et abdomen nigra. Femora dentata, postica crassiora. *Schrank*.

Obs. Simillimus *Cur. ferrugineo*, a quo differt, rostro rufo nec nigro, et abdomine subtùs toto nigro, nec segmentis ultimis ferrugineis.

70. *Cur. niger pilosus*, antennis elytris ano pedi-*nigricollis*.  
busque ferrugineis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Rostrum ferrugineum, basi nigrâ. Caput et thorax nigra, pilosa. Elytra striata, pilosa, ferruginea, disco obscuriusculo. Corpus subtùs nigrum, ano rufo. Pedes ferruginei.

71. *Cur. testaceus*, capite sterno abdominisque *atricapillus*.  
basi subtùs nigris.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus oblongum, subangustum. Thorax, elytra et pedes testacei. Elytra punctato-striata. Abdomen subtus testaceum, basi nigrâ.

Variat thorace disco nigro, et pedibus sordidè testaceis.

*pilosus.*

72. Cur. hirtus niger albido maculatus, antennis plantisque rufis.

Fab. Sp. Ins. i. 183. 124. Mant. i. 110. 152. Ent. Syst. i. b. 446. 217. Vill. i. 194. 87. Gmel. 1761. 222. Payk. Faun. Suec. iii. 218. 26.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum nigrum, inflexum. Thorax maculâ albâ mediâ sub-asterisciformi. Elytra nigro-maculata, sed sutura baseos albida: maculæ aliquot aliæ albidæ obsoletiores conspersæ conspiciendæ sunt.

Variat coloribus sordidis.

*depressus.*

73. Cur. nigro-fuscus hirsutiusculus, corpore subdepresso, thorace lineolâ dorsali impressâ obsoletâ.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum rubrum, inflexum. Totum corpus suprâ pilis brevissimis rigidiusculis obsitum, nigro-fuscum. Thorax sub lente lineolâ dorsali impressâ. Antennæ, tibiæ et plantæ obscure-rufescentes. Femora postica dentata.

*rhododactylus.*

74. Cur. niger, elytris virescenti-fuscis, tarsis rufis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufæ. Elytra fusca, pilis virescentibus obvestita. Rostrum inflexum. Corpus, præterquam tarsi qui rufi sunt, omninò nigrum. Elytra admodum punctulata, et striata; striæ punctis impressis.

75. Cur.

75. *Cur. fuscus*, elytris striatis subtomentosis, *Fragariæ*.  
antennis tarsisque rufis.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 448. 227. *Payk. Faun. Suec.* iii.

217. 35. *Panz. Ent. Germ.* 320. 120.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 423. 407. t. 93. f. 3.

*Curculio Calcar.* *Payk. Monog.* 17. *Fab. Ent. Syst.*

i. b. 446. 219. *Panz. Ent. Germ.* 319. 112.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum crassiusculum, capite thoraceque longius. Caput et thorax minima fusca. Elytra fusca, striata, subtomentosa, capite thoraceque quadruplo longiora. Pedes nigri, tarsi rufi.

76. *Cur. rugosus fuscus*, antennis tarsisque rufis. *rhodopus*.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *Cur. Fragariæ* at minor, et differt etiam elytris rugosis, non striatis, nec tomentosis.

77. *Cur. minutus niger*, elytris striatis: striis ex *Oxyacanthæ*.  
punctulis impressis.

Long. corp.  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Cratægo Oxyacanthâ*. *D. Kirby.*

DESCR. Totus niger. Porrò hic minimus est generis *Curculionum*.

78. *Cur. niger*, elytris striatis: basi interne lunulâ *Avellanæ*.  
fasciâque ante apicem albis.

*Don. Brit. Ins.* t. 205. f. 3.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in *Corylo*.

DESCR. Thorax albido villosus. Elytra obscure nigra, striata, maculâ communi apud scutellum X literam referenti. Antennæ, tibiæ et tarsi testacei. Femora nigra.

*Salicis.*

79. Cur. ater, elytris striatis: fasciis duabus suturâque baseos albis.

*Linn. Syst. Nat.* 611. 43? *Faun. Suec.* 610? *Vill.* i. 193. 83? *Gmel.* 1761. 43? *Fab. Syst. Ent.* 144. 91. *Sp. Ins.* i. 183. 125. *Mant.* i. 110. 154. *Ent. Syst.* i. b. 447. 222. *Panz. Ent. Germ.* 319. 115. *De Geer*, v. 264. 51. *Faun. Etrusc.* 320. *Hellw.* 320. *Faun. Ingr.* 338. *Payk. Monog.* 62. *Faun. Suec.* iii. 269. 91.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 422. 406. t. 93. f. 2. *Panz. Faun. Germ.* 18. t. 15?

*Curculio Capreæ.* *Don. Brit. Ins.* t. 121. f. 5. 6. 7.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in *Salice*.

DESCR. Caput atrum. Thorax ater, punctulatus, lineolâ dorsali cinerascensti. Scutellum album. Elytra striata, atra, fasciis duabus albis, marginem anteriorem haud attingentibus; anteriore latiore, sinuatâ, pilis quibusdam ferrugineis suturam versus; posteriore undulatâ. Pedes nigri.

\*\*\* Corpore ovato, rostro breviusculo nec pectori applicabili.

*Antirrhini.* 80. Cur. ater, villis brevissimis albicantibus, rostro thorace breviori, capite posticè gibbo.

*Payk. Faun. Suec.* iii. 257. 78.

*Cur. Linariæ.* *Panz. Ent. Germ.* 304. 27.

*Panz. Faun. Germ.* 26. t. 18.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Antirrhino Linariâ*.

DESCR. Quæ in hoc animalculo admodum singularia sunt, Rostrum lineare, obtusiusculum, quod non thoracem longitudine æquat, et caput quod posticè gibbum, sive gibbosum est; sed hæc sub lente. Elytra striata, villis brevissimis albicantibus. Thorax sub lente punctulis prominulis scabriusculus.

*crassus.*

81. Cur. fuscus, rostro incrassato thorace breviori, pedibus rufescentibus.

Long.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum incrassatum, nigrum, thorace paulo brevius. Caput et thorax punctulis numerosissimis prominulis scabriuscula. Elytra punctulata, striata; striæ punctis impressis. Pedes rufescentes. Corpus subtus, certo lucis respectu, albescit.

82. Cur. ater punctulatus, rostro brevi crassius-*brevis*.  
culo, elytris striatis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ——— Ex mus. *Miss Hill*.

DESCR. *Curculiones* atrii maximam inter se habent affinitatem. Ideoque singula cautè inspicienda sunt membra. Hunc exponemus præcipuo rostri brevis crassi signo. Thorax punctulatus. Elytra etiam punctulata, et insuper striata, et in striis punctula minuta, impressa. Corpus totum ejusdem coloris est.

83. Cur. ater, elytris opacis oblongis.

*Cerasi*.

*Linn. Syst. Nat.* 607. II. *Faun. Suec.* 583. *Gmel.*  
1762. II. *Scop.* 84.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Cerasi* foliis, quorum epidermidem exēdit larva. *Linn.*

DESCR. Totus ater, elytris punctis striatis opacis, nec ullo modo nitidiusculis. *Faun. Suec.*

\*\*\*\* Corpore oblongo, thorace globoso. *Pilosi*.

84. Cur. elytris cinereis: maculâ mediâ fuscâ. *Plantagi-*

*Fab. Mant.* i. 103. 72. *Ent. Syst.* i. b. 413. 85. *Vill. nis.*  
i. 191. 78. *Gmel.* 1749. 139. *Payk. Monog.* 41.  
*Faun. Suec.* iii. 231. 48. *Panz. Ent. Germ.* 307. 45.  
*De Geer*, v. 237. 24. t. 7. f. 17. 18. *Herbst. Jablonsk.*  
vi. 264. 233. t. 80. f. 2.

Long.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Statura et omninò *Cur. Rumicis*. Rostrum nigrum. Thorax cinereus, medio fuscus, lineâ dorsali, cinereâ. Elytra cinerea, maculâ magnâ, mediâ, fuscâ, et præterea puncta aliquot ejusdem coloris. *Fab. Mant.*

*Rumicis.* 85. *Cur. cinerascens*, elytris fusco cinereoque obsolete tessellatis, antennis basi rubris.

*Linn. Syst. Nat.* 614. 60. *Faun. Suec.* 590. *Gmel.* 1754. 60. *Vill.* i. 197. 94. *Fab. Syst. Ent.* 134. 38. *Sp. Ins.* i. 170. 55. *Mant.* i. 103. 73. *Ent. Syst.* i. b. 413. 86. *Payk. Monog.* 40. *Faun. Suec.* iii. 229. 47. *Faun. Fred.* 10. 97. *Panz. Ent. Germ.* 307. 46.

*De Geer*, v. 231. 20. t. 7. f. 10. 11. *Herbst. Jablonsk.* vi. 241. 205. t. 77. f. 9.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus nigrum, vellere cinereo obtectum. Elytra tenuiter striata, fusco cinereoque varia, sive obsolete tessellata. Antennæ rufæ, clavâ nigrâ. Pedes nigri, vellere cinereo.

*bimaculatus.* 86. *Cur. piceus*, elytris striatis apice rufo-ferrugineis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

Captus prope Hastings.

DESCR. Rostrum nigrum. Thorax et elytra anticè picea. Elytra posticè rufo-ferruginea; porro striata sunt, punctis impressis. Antennæ et pedes rufescentes, sive ex rufo-ferruginei.

*arator.* 87. *Cur. subovatus*, thorace fusco: lineis tribus pallidis, elytrorum suturâ nigrâ dentatâ.

*Linn. Mant.* 531. *Gmel.* 1762. 284.

Curculio Polygoni. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 464. 291. *Payk. Monog.* var.  $\beta$ . 39. *Faun. Suec.*  $\beta$ . iii. 228. 46.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in *Spergulâ arvensi*.

DESCR. Rostrum fuscum. Antennæ clavatæ, articulis duobus nodosis. Pedes fuscî, edentuli. Thorax fuscus, lineis tribus testaceis. Elytra testacea, suturâ communi nigrâ, dentatâ; lineæ 2 sive 3 abruptæ singuli elytri. *Linn. Mant.*

88. Cur. testaceus, rostri apice nigro, thorace *stramineus*. subferrugineo: lineis tribus pallidis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum testaceum, apice nigrum. Oculi nigri. Thorax ferrugineus, lineis tribus longitudinalibus pallidis, quarum media tenuior. Elytra testacea, lineolis punctisque ferrugineis, obsoletis, striata, (striæ punctis impressis) villosa, villis brevissimis rigidis, suturâ sub-elevato-incrassatâ. Pedes testacei.

89. Cur. holosericeus viridis, pedibus elytrorum-*nigrirostris*. que margine sordidè rufescentibus.

*Fab. Syst. Ent.* 132. 24. *Sp. Ins.* i. 167. 33. *Mant.* i. 100. 44. *Ent. Syst.* i. b. 407. 56. *Vill.* i. 187. 43. *Gmel.* 1744. 105. *Payk. Monog.* 53. *Faun. Suec.* iii. 247. 67. *Faun. Etrusc.* 292. *Hellw.* 292. *Panz. Ent. Germ.* 302. 19.

*Panz. Faun. Germ.* 36. t. 14. *Herbst. Jablonsk.* vi. 281, 254. t. 81. f. 11. 12.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus oblongum, viride, holosericeum. Thorax globosus. Antennæ sordidè rufescunt. Pedes etiam obscurè rufescentes, geniculis nigris. Elytrorum margo inflexus, pedibus concolor.

90. Cur.

*trilineatus.* 90. Cur. fusco-ferrugineus, thorace lineis tribus pallidis, pedibus testaceis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum fuscum. Thorax fusco-ferrugineus, lineis tribus albis, longitudinalibus, quarum media tenuior. Elytra ut in *Cur. stramineo*, sed colore saturatiori. Pedes testacei.

An a *Cur. stramineo* satis distinctus?

*resinosus.* 91. Cur. piceus, elytris punctis excavato-striatis, antennis pedibusque obscurè rufescentibus.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus piceum, villositate quâdam cinerascenti adpersum. Thorax punctulis prominulis scabriusculus, lineâ mediâ elevatâ, lævi. Elytra striata; striæ punctis impressis. Pedes et antennæ rufo-piceæ.

*enemerythrus.* 92. Cur. ater, tibiis plantisque rufis, thorace coleoptris duplo angustiori.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Rostrum crassiusculum, thorace paulo brevius. Thorax ovatus, coleoptris ferè duplo angustior. Corpus hujusce animalculi oblongum est, et nigrum, at ex pilis plurimis brevissimis cineritie quâdam albicanti obvestitum. Antennarum basis et tibiæ solummodò piceæ, et hæc quidem obscurâ, nec, ut in pice solet, clarâ et quasi pellucidâ tincturâ. Elytra striata; striæ punctis impressis.

*biteniatus.* 93. Cur. thorace fusco: lineâ utrinque pallidâ, elytris cinereis fusco-conspersis punctato-striatis.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR.



**DESCR.** Rostrum nigricans, thorace brevius. Thorax fuscus, ex ovato rotundus, lineâ utrinque pallidâ. Elytra fusco-cinerea, striata; striæ punctis impressis: inter strias punctula plurima nigricantia.

94. Cur. oblongo-ovatus fusco-cinereus, antennis *striati-*  
plantisque rufescentibus, rostro striato. *rostris.*

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

**DESCR.** Affinis Cur. *bitæniato*, sed lineæ pallidæ thoracis desunt. Rostrum latiusculum, crassum, nigrum, lineâ mediâ exaratum. Elytra cinerea, thorace pallidiora, punctis aliquot nigris ornata, striata sunt; striis punctatis. Antennæ rufescentes, clavâ saturatori. Pedes cinerei, plantis rufescentibus.

95. Cur. oblongo-ovatus griseo-cinereus, clytris *interruptus.*  
lineolis albis interruptis, tibiis plantisque rufescentibus.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin..

Habitat ———

**DESCR.** Rostrum nigrum, vix thorace longius. Thorax et elytra griseo-cinerea. Thorax lineâ dorsali pallidâ. Elytra striata, punctis aliquot nigris, lineolisque albis interruptis, quæ præcipuè posticè sita sunt. Antennæ, tibiæ plantæque rufescentes.

96. Cur. fuscus, coleoptris griseis: maculâ posticâ *selenus.*  
communi lunulari pallidâ, antennis pedibusque rufescentibus.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

**DESCR.** Rostrum, caput et thorax fusca, sive fusco-grisea. Coleoptra grisea, maculâ pone medium communi lunari, pallidâ, fusco marginatâ. Antennæ et pedes rufi. Elytra in acutius desinunt.

97. Cur.

*rigidus.*

97. Cur. niger, elytris striatis: puncto albo villosobsoleto, pedibus piceis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

Mus. *D. Beckwith.*

DESCR. Thorax valdè punctatus, punctis sæpiùs confluentibus. Elytra villis raris albidis conspersa, omninò punctulata sunt, imo et striata; striæ punctis impressis. Pone medium propter suturam in utroque elytro punctum album, ex villis albidis confectum. Corpus subtùs atrum, punctulatissimum. Pedes picei.

*tomentosus.* 98. Cur. fusco-cinereus tomentosus, elytris obsoletè striato-punctatis, plantis nigris.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ——— Captus sub stercore bovino, propter fluvium Usk, prope Crickhowell.

DESCR. Totum corpus tomento sive vellere brevissimo densissimo obtectum. Elytra obsoletè striata; striæ ex punctis impressis, quæ puncta præ vellere denso vix nisi oculo armato conspicienda. Antennæ rufescentes. Abdomen obtusum. Rostrum thorace brevius.

*rufimanus.* 99. Cur. fusco-cinereus, elytris obsoletè punctato-striatis rufis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

Captus cum præcedenti.

DESCR. Præcedenti simillimus adeo ut ferè varietatem sexûs dicas. Differt sanè abdomine tenuiori, acutiusculo, nec obtuso, plantis rufis, nec nigris: porrò tomento non æqualiter denso obvelatur. Rostrum thorace brevius.

*ebeneus.*

100. Cur. niger, thorace scabriusculo, elytris obsoletè striatis punctulatissimisque.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

Ex mus. *Miss Hill.*

DESCR.

DESCR. Rostrum crassum, thorace paulo longius. Thorax punctis numerosissimis prominulis scaber. Elytra punctulis numerosissimis minutissimis conspersa. Porro striata sunt, striis obsoletis; striæ punctis impressis. Abdomen et pedes concolores.

101. Cur. cinerascenti-villosus, rostro nigro, an-*fusco-cine-*  
tennis basi tibiisque ferrugineis. *reus.*

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ——— Captus in cretario, Aprili medio.  
*D. Kirby.*

DESCR. Fusco-niger, villis cinerascentibus adpersus. Rostrum nigrum. Antennæ nigricantes, basi ferrugineæ. Elytra fusca, punctato-striata. Tibiæ femorumque apices ferruginei, tarsis obscurioribus.

102. Cur. pubescens, capite intra thoracem re-*acephalus.*  
tractili, elytris cinereo-striatis.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum breviusculum, pubescens, cujus medio insident antennæ breves, capitulo majori. Caput intra thoracem omninò retractile. Thorax albido pubescens. Elytra villis cinereis jucundè striata. Corpus subtùs albido pubescens.

103. Cur. elongatus piceus, thorace punctato, *linearis.*  
elytris striatis.

*Fab. Ent. Syst. i. b. 419. 110. Panz. Ent. Germ. 309. 60. Payk. Faun. Suec. iii. 242. 60. Herbst. Jablonsk. vi. 53. 15.*

*Panz. Faun. Germ. 18. t. 7.*

*Cossonus linearis. Ent. Helv. 60. I. t. 1. f. 1. 2.*

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in *Boleto.* *D. Sheppard.*

DESCR. Antennæ rufo-piceæ, capitulis dilutioribus. Rostrum et thorax nigro-picea. Thorax punctatus, *linea*

lineâ mediâ elevatâ, longitudinali. Elytra rufo-picea, valdè striata, et inter strias punctis impressis notata. Pedes rufo-picei.

*picipes.*

104. Cur. niger obscurus, elytris punctato-striatis, antennis tarsisque rufo-piceis.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufæ, villosæ. Caput et rostrum nigra, plana. Thorax scabriusculo-punctatus, lineâ mediâ longitudinali, elevatâ, lævi. Elytra striata, striis ex punctis excavatis. Pedes villosi, nigri, sive nigro-picei, tarsi rufo-piceis.

*vernalis.*

105. Cur. cinereus tomentosus, rostro atro nitido apice ferrugineo, thorace elytrisque vittis luteis.

*Reich. Mant. Ins. i. 8. t. 1. f. 4.*

Long. corp. 1½ lin.

Habitat sub foliis putridis primo vere.

DESCR. Caput cinereum, seu potiùs nigrum, pilis squamulisque cinereum. Rostrum thorace vix longius, arcuatum, basi albidum, medio atrum nitidum, apice ferrugineum. Oculi laterales, prominuli. Antennæ ferrugineæ, rostro vix æquiparantes. Thorax pilis confertissimis albidus, vittis duabus luteis vix distinctis. Elytra oblonga, punctato-striata, pilis albidis undique tecta, vittâ in medio elytrorum vix distinctâ, luteâ. Scutellum albidum, triquetrum. Sternum et abdomen pilis numerosissimis albida. Pedes clavati, femoribus muticis, cinereis, tibiis tarsisque ferrugineis, pilis rarioribus cinereis. *Reich.*

\*\*\*\*\* Corpore cylindrico.

*paraplecticus.*

106. Cur. subcinereus, elytris mucronatis.

*Linn. Syst. Nat. 610. 34. Faun. Suec. 604. Vill. i. 183. 29. Gmel. 1750. 34. Panz. Ent. Germ. 307. 49. Fab. Syst. Ent. 135. 44. Sp. Ins. i. 172. 62. Mant. i. 103.*

i. 103. 77. *Ent. Syst.* i. b. 414. 91. *Faun. Fred.*  
 10. 100. *Faun. Etrusc.* 295. *Hellw.* 295. *Harr.*  
 290. *Poda Mus. Græc.* 29. 4. *Payk. Monog.* 50.  
*Faun. Suec.* iii. 244. 63.  
*Panz. Faun. Germ.* 6. t. 15. *Pontop. Atl. Dan.* i. 671.  
 14. t. 29. *Schæff. Icon.* t. 44. f. 1. *Voet.* ii. t. 37.  
 f. 1. *Herbst. Jablonsk.* vi. 42. 1. t. 62. f. 1. *Don.*  
*Brit. Ins.* t. 348. f. 2.

Le Charanson à suture noire. *Geoff.* i. 279. 4?

*Curculio Phellandrii.* *De Geer,* v. 204. 18. t. 7. f. 3.

Long. corp. 8 lin.

Habitat in *Pbellandrio*, *Sio*, intra caules. Larva  
 alba capite luteo, equis lethalis. Captus in  
 Insulâ Eliensi. *D. Curtis.*

DESCR. Rostrum longum, teres. Thorax punctis ex-  
 cavatis. Elytra minus quam in reliquis gibba, recta,  
 in apicem seu angulum acutum desinentia, oblonga,  
 singula striis decem longitudinalibus exarata et simul  
 excavato-punctata; hæ striæ coeunt per paria ante  
 apicem, in singulo elytro. Totum corpus atrum, villis  
 conspicuis cinereis tectum, hinc totum cinereum rore  
 flavo sæpè pictum. Antennæ magnæ, infimo articulo  
 longissimo, rufescenti; apice nigræ. *Faun. Suec.*

107. *Cur. ater*, elytris obtusis punctatis.

*angustatus.*

*Fab. Syst. Ent.* 135. 46. *Sp. Ins.* i. 172. 66. *Mant.*  
 i. 104. 83. *Ent. Syst.* i. b. 418. 106. *Vill.* i. 189. 56.  
*Gmel.* 1751. 151. *Panz. Ent. Germ.* 308. 55.  
*Harr.* 291.

*Mart. Eng. Ent.* t. 20. f. 43. *Schæff. Icon.* t. 79. f. 1.  
*Panz. Faun. Germ.* 42. t. 12. *Herbst. Jablonsk.* vi.  
 44. 2. t. 62. f. 2. *Herbst. Arch.* t. 24. f. 7.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Statura *Cur. paraplectici*. Thorax scaber. Elytra  
 striato-punctata. *Syst. Ent.*

108. *Cur. cinereo-albus*, elytris nigro-nebulosis, *Alismatis*.  
 rostro abbreviato crasso porrecto sulcato.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum curtum, crassiusculum, basi suprâ sulco longitudinali, abbreviato, exaratum. Elytra pariter nebulosa, sed macula singularis pone medium sita est, et fasciæformis. Elytra striata, striis profundiusculis.

*hypoleucus.* 109. Cur. ater subcylindricus, elytris striatis, abdomine subtùs albo.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in culmis *Junci* marcidis exsiccatis.

DESCR. Totum corpus aterrimum, glabrum, nitidiusculum. Thorax politus, punctulis impressis. Elytra glabra, striata. Abdomen subtùs, præcipuè apicem versus, argenteo-album.

*circulatus.* 110. Cur. niger, lineâ pallidâ subgriseâ utroque latere marginatus.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Villosus. Rostrum breve, deorsùm spectans apice rufo. Antennæ rufæ, capitulo fusco. Thorax lateribus lineâque intermediâ albedo-villosis. Scutellum albidum. Elytra albedo latè marginata: punctum etiam album gerunt ante apices. Subtùs albedo-villosus. Pedes rufi, femoribus fuscis.

*granarius.* 111. Cur. piceus, thorace punctato longitudine elytrorum.

*Linn. Syst. Nat.* 608. 16. *Faun. Suec.* 587. *Vill. i.* 177. 13. *Gmel.* 1745. 16. *Scop.* 89. *Schrank,* 207. *Fab. Syst. Ent.* 134. 39. *Sp. Ins. i.* 171. 56. *Mant. i.* 103. 74. *Ent. Syst. i. b.* 414. 88. *De Geer, v.* 239. 25. *Faun. Ingr.* 327. *Harr.* 288. *Faun. Fred.* 10. 95. *Faun. Etrusc.* 302. *Hellw.* 302. *Payk. Monog.* 51. *Faun. Suec. iii.* 245. 64. *Rai.* 88. *Lich. i.* 218. 14.

Le Charanson brun de bled. *Geoff.* i. 285. 18.

*Pontop. Dan. Atl.* i. 671. 5. t. 29.

Rhynchophorus granarius. *Herbst. Jablonsk.* vi. 14. 8.  
t. 60. f. 7.

Calendra granaria. *Ent. Helv.* 62. I. t. 2. f. 1. 2.

Long. corp. 2 lin.

Habitat frequens in granulis avenaceis decorticatis;  
in mercatorum tabernis frequens. *Linn.*

DESCR. Totus omnibus partibus concolor, rufo-testaceus. Corpus admodum oblongum est, et, quod in hac specie singulare est, thorax valdè longus et magnus, ut longitudinem elytrorum ferè (non tamen omninò) adtingat. Thorax punctis excavatis adpersus, et elytra striis excavata. *Faun. Suec.*

112. Cur. ferrugineus unicolor punctatus.

*unicolor.*

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *Cur. granario*, sed minor, et differt colore etiam.

113. Cur. nigro-piceus totus, rostro crassiusculo, *lignarius*.  
thorace punctato elytris breviori.

Long. corp. 1½ lin.

Habitat ———

DESCR. Hoc animalculum primo intuitu *Cur. granarium* diceret, at differt, thorace elytris multo breviori, et punctis thoracis rotundis, nec oblongis, sive sublinearibus. Rostrum crassum. Thorax omninò punctulatus. Elytra striata; striæ punctis impressis.

114. Cur. niger, elytris maculis quatuor ferrugineis. *Oryzae.*

*Linn. Amœn. Acad.* vi. 395. 19. *Fab. Syst. Ent.* 130. 40.

*Sp. Ins.* i. 171. 57. *Mant.* i. 103. 75. *Ent. Syst.*

i. b. 414. 89. *Vill.* i. 188. 54. *Gmel.* 1745. 113.

Curculio frugilegus. *De Geer*, v. 273. 7.

Rhynchophorus Oryzæ. *Herbst. Jablonsk. vi. 18. 10. t. 60. f. 9.*

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in *Oryzæ* seminibus, ab exteris regionibus allatis. *Linn.*

DESCR. Magnitudo grani *Oryzæ*. Totus niger, sive piceo-niger, punctis cavis scaber, oblongus, subtùs piceus est. Elytra striata; in singulis maculæ duæ ferrugineæ, quarum prior ad basin elytri, posterior ante apicem elytri. *Amœn. Acad.*

*pivicornis.* 115. Cur. subtùs niger suprâ atro-cæruleus, antennis piceis.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Suprà nitidus. Rostrum deorsùm spectans apice dilatato, cui insident antennæ. Antennarum clava magna. Thorax anticè angustatus, excavato punctatus. Elytra striata. Certo situ tarsi rufescunt.

*laticollis.* 116. Cur. ater nitidus, thorace lato, elytris striatis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Totus ater, nitidus. Caput et thorax suprâ subtilissimè punctata. Elytra striata. Totum corpus subtùs valdè punctatum. Pedes concolores.

c. *Antennis fractis, femoribus dentatis.*

\* *Corpore ovato obtuso, rostro sese pectori intra pedes applicante.*

*Scrophulariæ.* 117. Cur. coleoptris maculis duabus atris albisque dorsalibus, elytris striis elevatis nigro albidoque variis.

*Linn. Syst. Nat. 614. 61. Faun. Suec. 603. Vill. i. 197. 95. Gmel. 1767. 61. Laich. i. 224. 18. Fab. Syst.*



*Syst. Ent.* 140. 68. *Sp. Ins.* i. 177. 95. *Mant.* i. 107. 120. *Ent. Syst.* i. b. 434. 167. *Payk. Monog.* 22. *Faun. Etrusc.* 310. *Hellw.* 310. *Faun. Fred.* 10. 99. *Faun. Ingr.* 330. *Panz. Ent. Germ.* 312. 76. *Payk. Faun. Suec.* iii. 207. 24.

Le Charanson à lozange de la Scrofulaire. *Geoff.* i. 296. 44. *Donov. Brit. Ins. t.* 60. *De Geer*, v. 208. 3. t. 6. f. 17—20. *Herbst. Jablonsk.* vi. 184. 147. t. 73. f. 1. *Mart. Eng. Ent. t.* 19. f. 25.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in *Scrophulariâ*.

DESCR. Rostrum nigricans, thorace longius, quod terrefactus sub ventrem maximè inflectit. Thorax exalbidus, pilis cinereis vestitus, cum maculis duabus atris a tergo. Elytra glabra, sulcata, cinereo-testacea: singula striis quinque, interjacentibus lineis elevatis nigris, albis punctis; in medio dorso, clausis elytris, inque ipsâ suturâ, punctum atrum cum puncto albo adnexo a parte posticâ: pone hoc punctum, aliud punctum nigrum in ipsâ suturâ coleoptorum versus anum albedine cinctum; antennarum infimus articulus longus. Pedes nigri; plantæ ferrugineæ. *Faun. Suec.*

118. Cur. coleoptris maculis duabus dorsalibus *Thapsi.* atris simplicibus.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 434. 168. *Panz. Ent. Germ.* 312. 77.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 187. 148. t. 73. f. 2.

Curculio *Scrophulariæ* var.  $\beta$ . *Payk. Faun. Suec.* iii. 207. 24. *Monog.* 22. var.  $\beta$  et  $\gamma$ .

Long. corp. 3 lin.

Habitat in *Verbasco Thapso*.

DESCR. Mera varietas præcedentis, teste D. de Paykull. Caput et thorax villosa, cinerea, immaculata, antennis ferrugineis. Coleoptra villosa, cinerea, lineis plurimis e punctis nigris albisque alternis. In medio vel in suturâ puncta duo magna, orbiculata, omninò simplicia. Corpus et pedes cinerea. *Ent. Syst.*

*Hortulanus*. 119. Cur. cinereus, coleoptris maculis duabus atris dorsalibus.

*Vill.* i. 202. 18.

*Don. Brit. Ins. t.* 205. *f.* 2.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Scrophulariâ*.

DESCR. Cur. *Scrophulariæ* affinis, sed griseus. Elytra striis elevatis punctis albis fuscisque variegatis, maculis duabus nigris ad suturam supernè infernèque. An varietas Cur. *Scrophulariæ*? *Vill.*

*Obs.* Nulla sexûs differentia.

*immunis*. 120. Cur. subgriseus, elytrorum lineis tribus elevatis albo nigroque tessellatis, tibiis plantisque rufis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in *Scrophulariâ aquaticâ*. *D. Sheppard.*

DESCR. Statura et summa affinitas Cur. *Scrophulariæ*, sed minor. Totus pilis grisescenti-cinereis adpersus. Antennæ rufæ, clavâ nigrâ. Thorax subnebulosus. Elytra striis tribus elevatiusculis, punctis alternè albis nigrisque tessellatis. Pedes rufi, femoribus nigris. A cæteris *Curculionibus* in *Scrophulariâ* victitantibus hæc species præcipuè differt, quod punctâ duo magna atra, suturæ communia, nequicquam gerit; unde nomen.

*bipustulatus*. 121. Cur. cinereo-griseus, elytris striis elevatis: maculis duabus atris dorsalibus; posteriore rotundatâ.

Curculio Fraxini. *De Geer*, v. 212. 4.

Le Charanson gris de la Scrophulaire. *Geoff.* i. 298. 45.

An Curculio Blattariæ. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 435. 170?

*Ent. Germ.* 313. 79?

An Cionus Blattariæ. *Ent. Helv.* 66. i. t. 3. f. 1?

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Affinis *Cur. Scrophulariæ*, sed minor. Corpus cinereum, nec cinereo-testaceum, punctis nigris. Elytra maculis binis atris, velutinis, dorsalibus, communibus; alterâ ad basin minùs distinctâ, aliâ ad apicem amœniori. Cinerities purior maculam apicis amplectitur. Porrò scutellum immersum esse videtur, et undique nigredine cingitur.

122. *Cur. nigro-fuscus squamosus lincolis albis Ecbii*.  
variegatus.

*Fab. Ent. Syst. i. b. 436. 176. Panz. Ent. Germ. 314. 85.*

*Herbst. Jablonsk. vi. 391. 370. t. 91. f. 1. Panz. Faun. Germ. 17. t. 12.*

*Cur. geographicus. Vill. i. 201. 116. t. 1. f. 22. iv. 275. 116. Fourc. i. 128. 43. Gmel. 1778. 329.*

*Le Charanson géographique. Geoff. i. 294. 40.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat in *Ecbio*.

DESCR. Fusco-niger, squamulis albis suprâ infrâque tectus, quæ squamæ supra thoracem elytraque varias lineas formant. Thorax tribus lineis longitudinalibus tribusque aliis transversalibus. Variæ elytrorum lineæ secantur, aliis duabus a scutello oblique descendentes. Pedes nigri, albo variegati. *Vill.*

*Variat absque tribus lineis transversalibus.*

123. *Cur. nigro cinereoque nebulosus, thorace ovalis*.  
puncto utrinque nigro.

An *Curculio ovalis*? *Linn. Syst. Nat. 612. 47. Faun. Suec. 613. Vill. i. 194. 89.*

Long. corp. (rostro deflexo)  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat in pratis.

DESCR. Totum corpus suprâ nigro albidoque nebulosum. Thorax medio, et utrinque puncto nigro. Subtùs, certo lucis respectù, totum corpus cinerascit. Thorax utrinque denticulato spinosus. Pedes, rostrum et antennæ nigra.

*fuliginosus.* 124. Cur. niger subgriseus, coleoptris maculis tribus communibus: duabus albidis; mediâ atrâ.

An Curculio guttula? *Fab. Mant.* i. 107. 124. *Ent. Syst.* i. b. 436. 174. *Panz. Ent. Germ.* 314. 83. *Herbst. Jablonsk.* vi. 393. 372. t. 91. f. 3?

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus nigrum, et quasi fuliginosum, villis tamen cinerascensibus obsitum. Thorax utrinque denticulatus. Elytra striata, maculis tribus communibus; prima quæ proximè scutellum sita est albida, et punctum refert; secunda, quæ huic contigua est, atra, oblonga, basi præmorsa; tertia autem ad anum locatur oblonga, albida.

*dentatus.* 125. Cur. piccus, thorace utrinque dentato, plantis rufis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax scaber. Elytra striata. Color ex nigro obsoletius rufescit. Tarsi rufi.

*Quercicola.* 126. Cur. fusco-griseus, thorace utrinque dentato, rostro deflexo thorace longiori.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 408. 64. *Payk. Monog.* 68. *Faun. Suec.* iii. 215. 33.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 403. 383. t. 91. f. 13.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum deflexum, leviter arcuatum, nigrum, thorace paulo longius. Thorax margine baseos elevato, anticè angustior, utrinque ad medium dentatus. Abdomen ovatum. Elytra scabriuscula, fusco-grisea, striata. Pedes cinereo-rufescentes.

127. Cur.

127. Cur. rufo-ferrugineus, thorace strigis albis *Troglo-*  
obsoletiusculis, elytris striatis. *dytes.*

*Fab. Mant.* i. 108. 131. *Ent. Syst.* i. b. 439. 187.  
*Gmel.* 1763. 224. *Panz. Ent. Germ.* 315. 94. *Payk.*  
*Monog.* 29. *Faun. Suec.* iii. 214. 31. *Herbst. Jablonsk.*  
vi. 473. 484.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum arcuatum, nigrum, thorace subduplo longius. Per cætera animalculum ferrugineum est. Thorax dorso subcarinato, margine antico elevato. Elytra satis profundè striata, apicem versùs scabriuscula.

128. Cur. niger subtùs incanus, thorace lineâ *Urticæ.*  
mediâ exarato, elytris profundè striatis.

An Cur. pollinarius? *Forst. Cent.* 33.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Urticâ dioicâ.*

DESCR. Corpus ovatum, suprâ convexiusculum, subtùs ventricosum. Thorax lineâ mediâ exaratus, nec punctatus. Elytra, pro ratione animalis, satis profundè striata. Femora omnia dentata. Totum corpus, præcipuè pectus, pedes et abdomen subtùs, polline quodam albido obtectum. An *Cur. pollinarius* Forsteri? At neque thorax neque elytra suprâ plana sunt, sed convexa:

129. Cur. cinereus, suprâ fasciis duabus longi-*bivittatus.*  
tudinalibus olivaceis integris.

An Curculio Parallelus? *Panz. Ent. Germ.* 306. 44.

*Panz. Faun. Germ.* 18. t. 5.

Long. corp. (rostrò autem inflexo)  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus pilis brevissimis sive tomento cinereo vestitum. Depilatus niger est. Per dorsum duæ fasciæ longitudinales, olivacæ, obsoletiusculæ,  
a capite

a capite usque ad elytrorum apices decurrunt. In nonnullis hæ fasciæ retrò ab apice elytrorum sursùm marginem versùs exteriorem referuntur; non autem ad marginem aut ad basin attingunt, sed sub medio deficient. Plantæ obsoletè rufescentes. Femora omnia dentata.

*nervosus.* 130. Cur. griseus, elytris striatis: striis elevatis nigro alboque variis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Satis distinctus. Elytra grisea, elevato-striata. Rostrum et pedes rufo-testacei.

*pleuro-stigma.* 131. Cur. obscurè niger, pectore utrinque puncto albo.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Subtùs albido squamosus; inter thoracem et elytrorum basin puncto albo pectus notatur. Thorax utrinque obsoletè dentatus, posticè et anticè fossulâ intermediâ exaratur. Femora omnia denticulata.

*melano-stictus.* 132. Cur. cinereus, elytris nigro-tessellatis, tarsis testaccis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Suprà cinereo villosus, subtùs cinereo squamosus. Rostrum et antennæ nigræ. Thorax nigricans, lineâ intermediâ et lateribus albidis, anticè minus constrictus. Elytra cinereo villosa, nigro tessellata. Tarsi testacei.

*subrufus.* 133. Cur. obscurè rufus cinereo-nebulosus, elytris apice subretusis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Totus obscurè rufus, squamis cinereis nebulosus. Rostrum nigricans. Thorax anticè angustatus, utrinque obsoletè dentatus.

134. Cur. cinereus, clytris basi lineâ suturali ab-*cinereus*.  
breviatâ anticè albâ posticè nigrâ, tarsis rubellis.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Subtùs squamis albidis tectus, suprâ cinereo-villosus, etiam rostrum et caput. Thorax anticè angustatus, utrinque sub-dentatus. Elytra striata, striis nigris, interstitiis cinereo-villosis. Sutura basi lineâ dimidiatâ anticè albâ posticè nigrâ.

135. Cur. cinerascenti-squamosus, elytris cano-*unigutta-*  
nebulosis: maculâ communi nigricanti, plan-*tus*.  
tis rufescentibus.

Long. corp. circiter 1 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby*.

DESCR. Subtùs totus squamulis incanis obsitus. Thorax anticè constrictus, utrinque tuberculo armatus, cinerascenti-squamosus, lineâ intermediâ obscurâ, incanâ. Elytra striata, squamulis cinereo-fuscis canisque nebulosa, maculâ mediâ suturali fuscâ notata. Tibiæ quatuor anticæ tarsique omnes rufescentes.

\*\* Corpore ovato acuto, rostro longissimo filiformi.

136. Cur. corpore griseo longitudine rostri rubri. *Nucum*.

*Linn. Syst. Nat.* 613. 59. *Faun. Suec.* 616. *Vill.* i. 196. 93. *Gmel.* 1767. 59. *Fab. Syst. Ent.* 141. 77. *Sp. Ins.* i. 179. 106. *Mant.* i. 108. 135. *Ent. Syst.* i. b. 440. 192. *De Geer*, v. 205. 2. *Scop.* 105. *Panz. Ent. Germ.* 317. 100. *Faun. Etrusc.* 314. *Hellw.* 314. *Faun. Ingr.* 334. *Harr.* 297. *Udd. Diss.* 24. *Payk. Monog.* 20. *Faun. Suec.* iii. 204. 20.

*Mart. Eng. Ent. t.* 19. f. 26. *Panz. Faun. Germ.*

42. t. 21. Roes. 3. t. 67. f. 1. 5. 6. Poda, 29. 7. t. 1. f. 3. Sulz. Ins. t. 3. f. 22. Schæff. Icon. t. 50. f. 4. Herbst. Jablonsk. vi. 197. 158. t. 73. f. 10.

Le Charanson trompette. Geoff. i. 295. 42.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$ —5 lin.

Habitat intra *Coryli* nuces.

DESCR. Statura *Cur. Pini*, sed minor. Rostrum filiforme, tenuissimum, inflexum, rubrum, longitudine totius corporis. Femora omnia apice introrsum denticulo instructa, sed priora majore. *Faun. Suec.*

*Glandium.* 137. *Cur. cinereus*, femoribus omnibus dentatis, rostro pedibusque rufis.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in Glandibus.

DESCR. Staturâ et magnitudine *Cur. Nucum*. Rostrum longitudine corporis est, et rufum. Pedes rufi. Totum corpus vellere cinereo vestitum; sed scutellum, et punctum utrinque ad latera sterni sub elytrorum basi saturatiùs lucent; unde tripunctatus videtur.

*Cerasorum.* 138. *Cur. corpore griseo* longitudine rostri nigri.

*Fab. Syst. Ent.* 142. 80. *Sp. Ins.* i. 180. 109. *Mant.* i. 109. 138. *Ent. Syst.* i. b. 442. 200. *Vill.* i. 200. 107. *Gmel.* 1767. 250. *Panz. Ent. Germ.* 317. 101. *Payk. Faun. Suec.* iii. 206. 21. *Monog.* 21.

*Panz. Faun. Germ.* 42. t. 22. *Herbst. Jablonsk.* vi. 196. 157. t. 73. f. 9.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$ —4 lin.

Habitat ———

DESCR. Maximè affinis *Cur. Nucum*, sed primo intuitu dignoscatur; nam hic minor est, et rostro nigro; ille rufo gaudet. Elytra posticè fasciâ transversâ lutescenti, magis minusve manifestâ.

*tenuirostris.* 139. *Cur. niger*, elytris albo subfasciatis, antennis rufis.

*Fab.*



*Fab. Sp. Ins.* i. 180. 12. *Mant.* i. 109. 141. *Ent. Syst.* i. b. 443. 204. *Vill.* i. 200. 108. *Gmel.* 1767. 253. *Rai.* 89. *Herbst.* *Jablonsk.* 210. 173.  
*Don. Brit. Ins. t.* 249. *f.* 3. *Mart. Eng. Ent. t.* 20. *f.* 40.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum, rostro porrecto, tenui, glabro, atro. Antennæ rufæ, clavâ cinereâ. Thorax niger, pilis brevissimis cinereis. Scutellum cinereum. Elytra nigra, fasciis plurimis, undatis, pallidioribus.  
*Fab. Sp. Ins.*

140. *Cur. niger*, femoribus omnibus dentatis, elytris striatis, rostro clavato: clavâ compressâ.

Long. corp. 1  $\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis *Cur. stygio*, at rostrum clavatum satis indicat; apex sive clava rostri compressa est, et quod singulare, ad basin clavæ unguiculus quidam incurvus apicem spectans prodit. Abdomen subtus argenteo nitens.

141. *Cur. ater*, rostro tenui parùm elongato. *ater.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Inter *Curculiones* atros differentia tenuior; quæ igitur notanda sese exhibent cautè observanda. In hoc thorax sub lente punctis prominulis scabriusculus, opacus est, etiam rostrum elongatum,  $\frac{2}{3}$  longitudinis corporis. Elytra striata, striæ punctis impressis.

142. *Cur. corpore griseo nebuloso, scutello albo, Pomorum.*  
 elytris obliquè fasciatis.

*Linn. Syst. Nat.* 612. 46. *Faun. Suec.* 612. *Vill.* i. 194. 88. *Gmel.* 1764. 46. *Fab. Syst. Ent.* 143. 84.  
*Sp*

*Sp. Ins.* 181. 115. *Mant.* i. 109. 145. *Ent. Syst.*  
i. b. 444. 209. *Panz. Ent. Germ.* 317. 105. *Faun.*  
*Fred.* 11. 103. *Harr.* 391. *Payk. Faun. Suec.* iii.  
199. 16. *Monog.* 12.  
*Frisch.* i. 32. t. 8. *Schæff. Icon.* t. 221. f. 2. a. b.  
*Herbst. Jablonsk.* vi. 157. 115. t. 70. f. 11.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in floribus Pomonæ.

DESCR. Totus nebulosus, sive griseo-cinereus, fasciâ duplici transversâ supra elytra, quarum antica ad angulum rectum, in medio, ad juncturas suturarum, pone coit, et alia fascia fusca posterior magis transversa; ad apicem thoracis a tergo punctum album. Antennæ pedesque subfusi. In femorum primi paris latere inferiore apicem versus, denticulus robustus, quâ notâ manifestè differt ab aliis. *Faun. Suec.*

*pedicula-  
rius.*

143. Cur. corpore rubro, elytris albidis sub-fasciatis.

*Linn. Syst. Nat.* 615. 66. *Faun. Suec.* 620. *Vill.* i.  
199. 100. *Gmel.* 1769. 66.

Long. corp. 2 lin.

Habitat——Captus in foliis *Cratægi Oxyacanthæ*.

DESCR. Rostrum rubrum, rectum, longitudine ferè corporis. Elytra grisea, obsolete fasciata. Femora omnia-dentata. *Faun. Suec.*

*fasciatus.*

144. Cur. fusco-ferrugineus, elytris albo-fasciatis, pedibus rufis.

An *Curculio incurvus*? *Panz. Faun. Germ.* 36. t. 7.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in foliis *Cratægi Oxyacanthæ*.

DESCR. Antennæ, rostrum et pedes rufa. Thorax fusco-ferrugineus, lineâ dorsali tenui, albâ. Scutellum album. Elytra fusco-ferruginea, striata; striæ punctis impressis; ad basin elytrorum macula magna, alba, fasciæformis, ad marginem latior, intus sensim decrescens,

crescens, sed ad suturam minimè pertingit; post medium fascia alba, lata, quæ tamen suturam ipsam non tangit. Simillimus *Cur. pediculario*. An sexûs differentia?

145. *Cur. thorace rufo, elytris striatis posticè rufescentibus, femoribus anticis longiùs dentatis. Ulmi.*

*Vill. i. 201. 115. Gmel. 1772. 296.*

*De Geer, v. 215. 8. t. 6. f. 26. 27.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum longiùs nigrum. Caput nigrum. Thorax sub lente punctulis prominulis scaber, rufus, lineâ albidâ mediâ, obsoletâ. Elytra striata, basi nigra, posticè rufa. Pedes rufescentes. Femora duo antica crassiora, dente firmo longiusculo; quatuor postica dente qualis in plerisque observatur. Ut color elytrorum probe judicetur, paululum sub-leves, inde color verus perspicitur.

146. *Cur. globoso-ovatus niger, thorace strigis strigosus. tribus albis, elytris inciso-striatis.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Allen.*

DESCR. Rostrum nigrum. Thorax anticè angustior, posticè ventricosus, gibbus, strigis tribus albis; quarum una media, duæ ad latera: media in lineolam dorsalem tenuem impressam abbreviatam desinit. Elytra striata; striæ valdè tenues, quasi incisionibus factis. Femora dente valido.

147. *Cur. ater, rostro tenuiori arcuato, antennis rufis. curvatus.*

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Rostrum arcuatum, circiter  $\frac{2}{3}$  longitudinis corporis æquat, glabrum et politum. Thorax ater, opæus,  
sub

sub lente scabriusculus. Elytra striata. Antennæ rufæ. Simillimus *Cur. nigrino*, at antennæ rufæ.

*arcuatus.* 148. Cur. suprâ subcinereus subtùs albus, rostro arcuato thorace longiore.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in *Salicibus*.

Ex mus. *D. Kirby*.

DESCR. Rostrum filiforme, atrum, nitidum, thorace longius, arcuatum. Antennæ nigræ, cinerascenti-villosulæ, articulo primo glabro, fusco. Thorax subconicus, punctulatus. Scutellum niveum. Elytra atra, striata, striarum interstitiis pilositate vix conspicuâ cinerascentibus. Corpus subtùs squamulis albis vestitum. Pedes villosuli.

*pyrrhoceras.* 149. Cur. suprâ subcinereus subtùs albus, antennis rostrique apice rufis.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Statura præcedentis, sed paulo minor. Rostrum thorace brevius, basi nigrum, villosulum, apice glabrum, sanguineum. Antennæ rostri medio insidentes, testaceæ, capitulo nigro. Caput atrum, oculorum orbitâ cinerascenti. Thorax ater, subconicus, punctulatissimus. Elytra atra, profundè striata, striarum interstitiis pilositate parvâ subincanis. Corpus subtùs squamulis albis tectum.

*intermedius.* 150. Cur. suprâ subcinereus subtùs albus, rostro thorace brevior, antennis testaceis.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in *Salicibus*.

DESCR. Rostrum totum nigrum ut in *Cur. arcuato*, sed thorace brevius, et antennæ testaceæ capitulo nigro, ut in *Cur. pyrrhocerate*. An satis distinctus? Intermedius videtur inter has species; aut sexus alter prioris?

151. Cur.

151. Cur. niger, thorace subpubescente, elytris *melano-*  
nitidiusculis, antennarum articulo primo lon- *pterus.*  
gissimo fusco.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat \_\_\_\_\_

DESCR. Rostrum apice latiori. Antennæ prope apicem  
insident. Thorax obscurè trilineatus. Elytra magis  
nitida, striata, striis punctatis.

\*\*\* Corpore oblongo, rostro crassiori.

152. Cur. niger, elytris fuscis: fasciis nebulosis. *Pini.*

*Linn. Syst. Nat.* 608. 19. *Faun. Suec.* 589. *Vill.* i.

178. 15. *Gmel.* 1746. 19.

*Curculio Abietis.* *Fab. Syst. Ent.* 138. 59. *Sp. Ins.* i.

175. 84. *Mant.* i. 106. 107. *Ent. Syst.* i. b. 428. 144.

*De Geer*, v. 204. 1. *Payk. Monog.* II. *Panz. Ent.*

*Germ.* 299. 1. *Payk. Faun. Suec.* III. 186. 3. *Faun.*

*Etrusc.* 311. *Hellw.* 311.

*Mart. Eng. Ent. t.* 21. *f.* 60.

Long. corp. 6 lin.

Habitat in *Pino sylvestri.* Captus in Rivelston-  
wood, prope Edinburgum. *D. Smith.*

DESCR. Abdomen valdè gibbum est a tergo anum  
versus. Animalculum totum e griseo nigrum; totum  
corpus, rostrum, thorax, elytra et pedes punctis mi-  
nutissimis, contiguis, excavatis. Signaturæ aliquæ  
testaceæ in thorace ex villis tenuissimis, similes etiam  
in formam fasciarum duarum transversarum linearum,  
quarum quæ thoraci proprior ad suturam elytrorum in-  
terrupta est. Antennarum apices flavescunt. *Faun. Suec.*

*Obs.* Illustrissimus Linnæus hoc insectum et *Cur. Abietis*  
haud solitâ virtute distinxit. Descriptio enim speci-  
fica cum in *Syst. Nat.* tum in *Faunâ Suecicâ*, utraque  
*Cur. Abietis* spectat. Quicumque autem vult hæc duo  
insecta probè dignoscere *Faunam Suecicam* adeat: in  
quo opere, descriptio auctior sub alterutrâ specie, utri-  
usque signa ritè notavit. *Cur. Pini Curculione Abietis*

duplo major est; tum elytris fuscis gaudet. Porro *Cur. Pini* femoribus dentatis, *Cur. Abietis* autem femoribus simplicibus insignitur. *Cur. Pini* cum specimen Linnæano contuli, unde quod in numero nostratum habendus sit, certus scio. *Cur. Abietis* nunquam in Britannia inveni.

*germanus.* 153. *Cur.* corpore ovato-oblongo nigro punctis testaceis adperso.

*Linn. Syst. Nat.* 613. 58. *Vill.* i. 195. 92. *Gmel.* 1766. 58. *Schrank,* 210. *Faun. Fred.* 11. 110. *Pod.* 29. 6. *Harr.* 293. *Payk. Monog.* 1. *Laich.* i. 204. 1.

*Mart. Eng. Ent.* t. 22. f. 68. *Panz. Faun. Germ.* 42. t. 16. *Schæff. Icon.* t. 25. f. 2. 5. t. 62. f. 11. t. 101. f. 6. *Sulz. Ins.* t. 4. f. 8.

*Curculio fusco-maculatus.* *Payk. Faun. Suec.* iii. 184. 1. *Herbst. Jablonsk.* vi. 329. 304. t. 86. f. 2.

Le Charanson tigré. *Geoff.* i. 292. 35.

Long. corp. 10 lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Lyon.*

**DESCR.** Inter maximos Europæos. Rostrum crassiusculum. Thorax subrotundus, utrinque punctis tribus ferrugineis. Coleoptra abdomen tegentia, ovata, nigra, punctis ferrugineis adpersa. Femora postica obsoletius dentata; anteriora quatuor mutica, cum rudimento dentis. Similis *Cur. Pini.* *Syst. Nat.*

*anglicanus.* 154. *Cur.* corpore ovato-oblongo atro, thorace puncto utrinque testaceo gemino.

*Curculio germanus.* *Fab. Syst. Ent.* 139. 67. *Sp. Ins.* i. 177. 94. *Mant.* i. 107. 119. *Ent. Syst.* i. b. 433. 166. *Panz. Ent. Germ.* 312. 75. *Payk. Faun. Suec.* iii. 185. 2.

*Don. Brit. Ins.* t. 34. f. 3. *Mart. Eng. Ent.* t. 18. f. 7. *Herbst. Jablonsk.* vi. 328. 303.

Le Charanson à corcelet couronné. *Geoff.* i. 291. 34.

Long. corp. 7—9 lin.

Habitat in locis præcipuè cretaceis.

**DESCR.**

DESCR. Statura *Cur. germani*, cui maximè affinis; at coleoptra nunquam punctis testaceis adpersa, et thorax punctis duobus utrinque nec tribus ornatur. Pedes omnes dentati, dente robusto. Thorax et elytra punctata, punctis impressis, ut in *Cur. germano*; scilicet, thorax punctis plurimis distinctis, elytra autem punctis confluentibus, adeò ut quodammodò rugosa videntur.

155. *Cur. ater*, thorace punctato, elytris punctato-punctatus. striatis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Statura *Cur. anglicani*, at multoties minor. Thorax punctatissimus, punctis majusculis impressis. Elytra striata; striæ ex punctulis majusculis impressis. Femora antica subdentata. Antennæ et plantæ rufescentes. Coleoptra erosa, dura, ut in *Cur. germano* et *anglicano*. Corpus punctis albis omninò caret.

Variat. thorace pedibusque omninò rufo-ferrugineis, rostro piceo.

\*\*\*\* Corpore oblongo, rostro filiformi.

156. *Cur. nigricans*, elytris striatis griseo irroratis. *Tremulæ*.

*Fab. Mant.* i. 109. 147. *Ent. Syst.* i. b. 445. 212.

*Gmel.* 1769. 263. *Payk. Monog.* 4. *Faun. Suec.* iii. 189. 6.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in *Populo*.

DESCR. Statura et magnitudo *Cur. Tortricis*. Rostrum porrectum, atrum. Thorax ater, lævis, nitidus, posticè rubro nitens. Elytra crenata, striata, nigra, atomis plurimis griseis. *Fab. Mant.*

157. *Cur. corpore testaceo, pectore fusco.*

*Tortrix.*

*Linn. Syst. Nat.* 615. 67. *Faun. Suec.* 622. *Vill.* i.

199. 101. *Gmel.* 1769. 67. *Fab. Syst. Ent.* 143. 85.

*Sp. Ins.* i. 181. 116. *Mant.* i. 109. 146. *Ent. Syst.*

- i. b. 444. 211. Payk. Monog. 6. Faun. Suec. iii. 192. 9. Panz. Ent. Germ. 318. 108. Faun. Etrusc. 315. Hellw. 315. Faun. Ingr. 337. Mart. Eng. Ent. t. 18. f. 2. Panz. Faun. Germ. 18. t. 14. Ent. Helv. 92. 8. t. 9. f. 3. 4. Herbst. Jablonsk. vi. 155. 113. t. 70. f. 8. Le Charanson couleur de rouille. Geoff. i. 300. 51. Curculio fulvus. De Geer, v. 214. 6.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in *Populi Tremulæ* foliis, quæ contorquet.  
Linn.

DESCR. Corpus oblongum, subcylindricum, testaceum, sive triste flavescens. Pectus inter femora duo postrema, nigricans. Elytra subtilissimè striata. Femora omnia dentata. *Faun. Suec.*

*maculatus.* 158. Cur. griseus nigro nebulosus, elytris obtusiusculis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus (præter abdomen nigrum) obscure rufum, sive griseum, maculis punctisque nigris nebulosum. Sub lente elytra striata; striæ punctulis impressis ornantur. Rostrum thorace longius, nigro-rufum. Femora omnia dentata. Coleoptra minimè acuminata. Thorax margine antico nigro-rufo.

*Fructuum.* 159. Cur. ferrugineus, elytris nigro obsolete nebulosis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Maximè affinis *Cur. maculato* sed minor. Rostrum brevius ferrugineum, concolor, nec, ut in *Cur. maculato*, nigro-rufum. Thorax unicolor. Antennæ etiam ferrugineæ, concolores. Oculi solum nigri. Abdomen ferrugineum.

*caliginosus.* 160. Cur. ater, elytrorum striis punctatis approximatis.

*Fab.*



*Fab. Syst. Ent.* 137. 58. *Sp. Ins.* i. 175. 82. *Mant.* i. 105. 103. *Ent. Syst.* i. b. 427. 140.

Long. corp.

Habitat ———

In mus. Brit.

DESCR. Statura oblonga *Cur. paraplectici*, at paulo minor. Totus ater, obscurus, minimè nitens. Thorax rotundatus, punctatus, carinatus. Elytra striato-punctata, striis per paria approximatis profundis. Femora acutè dentata. *Fab. Syst. Ent.*

Obs. Hoc animal non nisi in Musæo Britannico inter collectanea D. Dandridge vidi. Ideoque non nisi metu quodam dubius speciebus Britannicis conscripsi.

161. *Cur. piceus pilis cinereis tomentosus nebulosus, manibus longissimis. longimanus.*

*Forst. Cent.* 32.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus oblongum, piceum, pilis cinereis tomentosum nebulosum. Antennæ rufæ. Rostrum cum thorace longitudinem elytrorum æquat. Manus seu pedes primi paris tertiâ parte ad minimum reliquos pedes superant. Elytra cinerea, punctis nigris sparsis. Tarsi rufi. *Forst. Cent.*

162. *Cur. rufus, elytris disco fusco albidoque nebulosis. rubellus.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat in *Salice*.

DESCR. *Cur. maculato* affinis. Totus rufus, albido-villosus, exceptis oculis nigris, et elytrorum disco ab-dominisque basi fuscis. Femora omnia dentata.

\*\*\*\*\* Corpore cylindrico.

163. *Cur. ater obovatus, thorace anticè utrinque unidentato, elytris striatis. atramentarius.*

Curculio Cerasi. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 440. 190. *Payk. Monog.* 7. *Faun. Suec.* iii. 193. 10. *Panz. Ent. Germ.* 316. 98. *Faun. Etrusc.* 307. *Hellw.* 307. *Herbst. Jablonsk.* vi. 68. 32. t. 64. f. 2. *Panz. Faun. Germ.* 42. t. 19.

Le Charanson noir à corcelet armé. *Geoff.* i. 299. 48.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus aterrimum, opacum, obovatum, abdomine obtuso. Thorax anticè utrinque dente brevi acuto, scaber, ex punctulis numerosissimis prominulis. Elytra satis profundè striata; striæ punctis impressis.

Obs. Auctores suprâ citati omnes de hoc insecto erravere; quippe *Cur. Cerasi* Linnæi temerè dixerunt. *Cur.* autem *Cerasi* verus non modo locum inter *Longirostres femoribus simplicibus*, sibi vindicat, quin et *thoracem simplicem inermemque* habet. Insectum autem quod illi male *Cur. Cerasi* nominaverunt, cum meo *Cur. atramentario* satis convenit: nempè inter *Longirostres femoribus dentatis* numeratur, et *thoracem anticè utrinque bidentatum* jactat. Icon *Herbstii* meum *Cur. atramentarium* planè exhibet, quod et *Panzeri* item; hæc autem infelicio.

Hellwig in *Faunâ Etruscâ* hunc errorem de *Cur. Cerasi* Linnæi ex animis nostris conatus est detrahere. Quis non inter *thoracem* et *femora dentata* et *mutica* facile dijudicet?

*semicylin-*  
*dricus.*

164. *Cur. ater*, elytris striatis, corpore elongato semicylindrico.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax sub lente punctulis prominulis scabriusculus. Elytra striata, punctis in fundo striarum impressis.

*stygius.*

165. *Cur. ater* oblongus, elytris striatis, thorace lævi antrorsùm utrinque dentato.

Long.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis admodum *Cur. atramentario*, sed dimidio minor; tum thorax lævis, nec punctis excavatus.

B. Brevirostres.

a. *Antennis integris, femoribus simplicibus.*

166. *Cur. niger*, fronte anoque albis, thorace tuberculato. *albinus*.

*Linn. Syst. Nat.* 616. 79. *Faun. Suec.* 632. *Vill.* i. 208. 147. *Gmel.* 1783. 79. *Scop.* 66. *Fab. Syst. Ent.* 151. 127. *Sp. Ins.* i. 192. 180. *Mant.* i. 118. 236. *Payk. Monog.* 112. *Udd. Diss.* 27. *Faun. Ingr.* 311.

*Bonsd. Cur. Suec.* i. f. 1. *De Geer*, v. 255. 44. t. 8. f. 1. *Knoch.* i. 81. t. 6. f. 1—7. *Don. Brit. Ins.* t. 348. f. 3.

*Anthribus albinus.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 375. 1. *Panz. Ent. Germ.* 292. 1. *Payk. Faun. Suec.* iii. 160. 2. *Panz. Faun. Germ.* 3. t. 16.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum breviusculum, planum, suprâ lacteum. Thorax a tergo tuberculis tribus, mucronatis, transversis. Elytra griseo-fusca, punctis nonnullis mucronatis, apice lacteo. Pedes et antennæ annulis albis et nigris: hæ longitudine corporis. *Faun. Suec.* Color ferè *Curculionis Lapatbi.* *Syst. Nat.*

167. *Cur. rostro latissimo plano, elytris apice albis: latirostris.* punctis duobus nigris.

*Fab. Syst. Ent.* 151. 128. *Spec. Ins.* i. 193. 181. *Mant.* i. 118. 237. *Vill.* i. 214. 173. *Gmel.* 1783. 360. *Payk. Monog.* III.

*Bonsd. Cur. Suec.* 2. f. 2. *Schæff. Icon.* t. 89. f. 6. *Don. Brit. Ins.* t. 348. f. 1.

*Anthribus latirostris.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 376. 2. *Faun. Ingr.* 312. *Panz. Ent. Germ.* 292. 2. *Payk. Faun. Suec.* iii. 159. 1.

*Panz. Faun. Suec.* 15. t. 12.

L'Antribe noir strié. *Geoff.* i. 307. 3. t. 5. f. 2.

Long. corp. 6 lin.

Habitat in *Sphæriâ entomorrhizâ.*

DESCR. *Statura Cur. albini*, at major. Corpus nigrum. Rostrum latissimum, planum, album, apice nigrum. Thorax niger, canaliculatus. Elytra nigra, striis interruptis glaucis, apice alba, punctis duobus nigris. Pedes nigri, albo annulati. Abdomen subtus album, lateribus nigris. *Fab. Syst. Ent.*

*brevirostris.* 168. *Cur. griseo-niger*, rostro dilatato, scutello elytrorum apicibus anoque albis.

*Anthribus brevirostris.* *Panz. Faun. Germ.* 57. t. 9.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis *Cur. latirostri* at quadruplo minor; tum abdomen subtus griseo-nigrum, nec album. Antennæ ferrugineæ. Frons sive rostrum latum, album. Thorax niger, puncto albo, scutello albo subcontiguo. Elytra nigra, apicibus omninò albis. Anus supra albus. Pedes albido obsolete annulati.

*ruficollis.* 169. *Cur. ferrugineus*, elytris capitisque basi atrocæruleis.

*Linn. Syst. Nat.* 609. 24. *Faun. Suec.* 595. *Vill.* i. 179. 20. *Gmel.* 1748. 24.

*Curculio rostratus.* *De Geer*, v. 252. 42. t. 7. f. 27. 28.

*Curculio Roboris.* *Payk. Monog.* 118.

*Anthribus ruficollis.* *Panz. Ent. Germ.* 293. 5.

*Panz. Faun. Germ.* 24. t. 19. *Ent. Helv.* 122. 1. t. 15. f. 4. 5.

*Anthribus Roboris.* *Fab. Supp.* 161. 4—5. *Payk. Faun. Suec.* iii. 165. 7.

Long.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ fusco-nigræ, basi flavescences. Caput et thorax ferruginea. Elytra glaberrima, polita, nitida, atro-cærulea. Pedes pallidi, sive flavescences.

170. Cur. æneus nitidus, rostro pedibusque fer-*planirostris*.  
ruginis.

*Fab. Mant. i. 119. 239. Gmel. 1784. 362.*

Cur. fulvirostris. *Fab. Mant. App. ii. 381. 161. 2.*

*Payk. Monog. 117.*

Anthribus planirostris. *Fab. Ent. Syst. i. b. 377. 5.*

*Payk. Faun. Suec. iii. 167. 9. Panz. Ent. Germ. 293. 4.*

*Panz. Faun. Germ. 15. t. 14.*

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum breve, depressum, sub-sulcatum, ferrugineum. Thorax æneus, nitidus. Elytra ænea, nitida, punctato-striata. Abdomen subtus castaneum. Pedes ferruginei.

171. Cur. niger, rostro thoraceque ferrugineo, 4-*pustula-*  
elytris maculis duabus ferrugineis. *tus.*

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax ferruginea. Maculæ elytrorum ovatae, satîs magnæ; altera ad basin, altera pone medium sitæ sunt. Abdomen nigrum. Pedes ferruginei.

b. *Antennis fractis, femoribus simplicibus.*

\* *Corpore ovato.*

172. Cur. niger nitidus, elytris striatis, pedibus *niger*.  
*rufis.*

*Fab.*

*Fab. Syst. Ent.* 150. 121. *Sp. Ins.* i. 191. 168. *Mant.* i. 118. 223. *Ent. Syst.* i. b. 473. 332. *Vill.* i. 213. 171. *Gmel.* 1786. 380. *Payk. Monog.* 98. *Faun. Suec.* iii. 295. 119.

*Ent. Helv.* 85. 5. t. 8. f. 1. 2.

*Curculio clavipes.* *Bonsd.* 35. f. 36.

*Curculio ater.* *Herbst. Jablonsk.* vi. 332. 306.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Habitus et ferè magnitudine *Cur. anglicani*. Thorax sub lente punctis numerosissimis prominentibus scaber. Elytra punctatissima, obsolete striata. Pedes rufi, femoribus medio incrassatis, adeo ut inflata videntur. Antennæ articulo inferiori longissimo, apice clavato.

*Lima.* 173. *Cur. oblongo-ovatus niger totus, punctis prominulis scaber.*

Long. corp. 8 lin.

Habitat ———

DESCR. Inter maximos nostratum. Totum corpus ejusdem coloris nigrum, et omninò punctis prominentibus inæqualibus scabrum. Thorax ovatus, anticè et posticè truncatus. Abdomen ovatum, posticè acutiusculum.

*scabrosus.* 174. *Cur. oblongo-ovatus scaber, femoribus subdentatis, thorace fusco, elytris striatis pedibusque brunneis.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ, pedes et elytra rufo-ferruginea. Thorax scaber, punctulis confertis elevatis. Elytra etiam scabra, striis decem elevatis; striæ autem punctis sive scrobiculis excavantur, undè elytra rugoso-scabra, limæ instar apparent; porro elytra pilis brevissimis rarioribus obsita.

175. *Cur.*

175. Cur. fusco-cinereus oblongo-ovatus, elytris *pilosulus*. pilosis obsoletè striatis acutiusculis, pedibus nigris.

Cur. obscurus. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 472. 330. *Payk Monog.* 95. *Faun. Suec.* iii. 292. 116.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 344. 317. t. 87. f. 3.

An Curculio murinus? *Bonsd.* 30. f. 31.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum, pedes et abdomen ex nigro cinerea; in his autem cinerities ex villis brevissimis sive tomento constat. Thorax obsoletè scabriusculus. Elytra fusco-cinerea, pilosa, satis acuta; porro obsoletius striata sunt, punctis obsoletis impressis inter strias interpositis.

176. Cur. fuscus, elytris cinereis: lineis duabus *carinatus*. suturaque elevatis nigris; punctis intermediis impressis.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Sheppard.*

DESCR. Antennæ fuscae, clavâ ferrugineâ. Caput fuscum, dorso sulcatum. Thorax fuscus, punctatus, lineâ dorsali obsoletâ, impressâ. Elytra cinerea, lineis duabus suturaque elevatis, nigris: inter has lineas striæ duæ punctorum impressorum. Pedes picei.

177. Cur. elytris maculâ et figurâ V communi albis. *Vau. Schrank*, 227. *Vill.* i. 214. 174.

Long. corp. 3—4 lin.

Habitat ——— Captus inter gramina, sub lapidibus. *D. Kirby.*

DESCR. Corpus pilosum. Rostrum crassum. Insectum oblongum, cinereum. In singulo elytro infra medium macula albida, tum in medio macula oblonga, obliqua, cum alterâ alterius elytri signum arietis ♀ seu literam V constituens. *Schrank.*

178. Cur.

*3-guttatus.* 178. Cur. nigricans, coleoptris griseis: maculis tribus albis; posteriori majore cordatâ communi.

*Fab. Syst. Ent.* 148. 109. *Sp. Ins.* i. 188. 153. *Mant.* i. 116. 202. *Ent. Syst.* i. b. 464. 293. *Vill.* i. 212. 163. *Gmel.* 1780. 336. *Harr.* 270. *Panz. Ent. Germ.* 324. 143.

*Schæff. Icon. t.* 43. *f.* 9. *Herbst. Jablonsk.* vi. 238. 203. *t.* 77. *f.* 7.

Cur. vau var. *Schrank*, 227.

Curculio cordiger. *Sulz. t.* 4. *f.* 11. *Ent. Helv.* 86. 4. *t.* 7. *f.* 3. 4.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Captus inter gramina, sub lapidibus. *D. Kirby.*

DESCR. Corpus pilosum. Rostrum breve, canaliculatum. Thorax fuscus, immaculatus. Elytra substriata, grisea, puncto parvo albo in medio, et maculâ apicem versûs majore communi. Hic et præcedens sunt medii inter longirostres et brevirostris.

*rancus.* 179. Cur. femoribus subdentatis fuscus, thorace globoso scabro, elytris punctis majoribus excavato-striatis.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 472. 327. *Payk. Monog.* 94. *Faun. Suec.* iii. 291. 114.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 343. 316. *t.* 87. *f.* 2.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax subglobosus, niger, punctis prominulis scaber, lineâ mediâ elevatâ, abbreviatâ. Elytra villosa, villis cinerascentibus, punctis magnis excavatis striatâ.

*vastator.* 180. Cur. fuscus, thorace varioloso, elytris striatis: striis elevato punctatis.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ pilosæ, fusæ, thorace longiores, rostri



rostri apice insidentes. Rostrum brevissimum, apice dilatato. Oculi nigri. Caput vix a rostro distinctum. Thorax globosus, punctis elevatis variolosus. Elytra abdominis latera obvolventia, striata, striis circiter sex e punctis elevatis constantibus, squamis pallidis tecta, pilis rigidis exasperata. Corpus subtùs fuscum, pilis brevibus pallidis adpressis consitum. Pedes rufi, femoribus clavatis, subdentatis.

181. Cur. fuscus, thorace varioloso, elytris striatis: *asper*.  
striis squamulis albidis seriatim dispositis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ pilosæ, fuscæ, clavâ pallidâ. Thorax globosus, punctis elevatis confertis variolosus, lateribus squamulis albidis tectus. Elytra latera obvolventia, decemstriata, striis leviter sed latè exaratis, squamulis albidis seriatim dispositis ornata, fusco albidoque squamosa, pilis rigidis exasperata. Corpus subtùs nigro-fuscum, pilis albidis adpressis consitum. Pedes rufi. Femora clavata, antica subdentata.

182. Cur. testaceus, capite fusco, elytris elevato-*squamiger*.  
striatis: squamis pallidis testaceisque marmoratis.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in arbore cujus nomen me fefellit. Semel legi.

DESCR. Caput fuscum, pilis albidis consitum. Antennæ fuscæ, clavâ pallidâ. Thorax globosus, punctis elevatis confertis variolosus, lateribus pallido squamosis. Elytra striata, striis circiter sex elevatiusculis, setis rigidis exasperata; tota squamis albidis testaceisque subnebulosa. Corpus subtùs testaceum, pilis brevibus adpressis consitum. Femora clavata, sed vix dentata.

183. Cur. oblongo-ovatus tomentosus fuscus, tho-*limbatus*.  
racis marginibus striisque duabus elytrorumque marginibus obsoletè pallidis.

Long.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

Ex mus. *Miss Hill.*

DESCR. Fœmina marem corporis longitudine paulùm superat, et adhuc magis rotunditate abdominis. Totum corpus tomentosum, ex cinereo-fuscum. Thorax duas strias subundulatas, longitudinales, et latera pallidè cinerea, habet. Elytra semper marginibus exterioribus obsoletè pallentibus; nec non aliquando striis tribus, aut quatuor, per discum, longitudinalibus, obsoletissimè pallidis. Sed hoc incertum, neque in omnibus videtur. Elytra striata, striis circiter septem concinnè punctatis, punctulis impressis. Corpus subtùs fuscum, tomentosum.

*austriacus.* 184. Cur. fuscus sub-griseus, thoracis lateribus elytrorumque marginibus pallidis.

*Schrank, 234.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat in sepibus.

DESCR. Corpus ovatum, ferè unicolor. Thorax fuscus, lineolâ mediâ lateribusque pallidis. Elytra striata, punctis impressis, rufescenti-fusca, punctis nigris aliquot sparsis ad suturam, tum etiam inter strias. Margines exteriores latius pallidi, sive sordidè testacei.

*medius.* 185. Cur. fuscus, elytris lineatis: punctis impressis; marginibus pallidis.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus vellere fusco-cinerascenti obsitum. Elytra fusca, punctorum impressorum non excavatorum et quasi per paria ductorum seriebus novem. Inter tria paria suturæ proxima lineæ totidem longitudinales, pallidiores, (sutura ipsa primam conficit) obsoletiusculæ; latera pallida. Thorax lineis tribus pallidis, obsoletioribus.

*plumbeus.* 186. Cur. plumbeus, oculis antennisque rufis.

Long.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ——— Captus propter Haſtingas Aug.

DESCR. Corpus nigrum, vellere cinerascenti, unde quasi plumbi colorem refert. Abdomen pro magnitudine animalculi grossum, valdè ovatum. Elytra striata; striæ punctis impressis ornantur. Oculi rufi, et pyroporum instar (post mortem scilicet) micantes. Antennæ rufæ. Pedes ex nigro picei; at tibix plantæque pallidiores, rufescentes.

187. Cur. cinereo fuscoque varius, elytrorum suturâ *Coryli*.  
dimidiatâ atrâ.

*Fab. Syst. Ent.* 148. 110. *Sp. Ins.* i. 189. 154. *Mant.* i. 116. 205. *Ent. Syst.* i. b. 466. 301. *Vill.* i. 213. 164. *Gmel.* 1780. 339. *Payk. Monog.* 90. *Panz. Ent. Germ.* 325. 149. *Payk. Faun. Suec.* iii. 287. 110. *Mart. Eng. Ent. t.* 19. f. 20. *Panz. Faun. Germ.* 19. t. 12. *Herbst. Jablonsk.* vi. 349. 322. t. 87. f. 8.  
Curculio capitatus. *Bonsd.* 23. f. 24. *De Geer*, v. 245. 32?

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in *Corylo*.

DESCR. Affinis *Cur. cervino*. Rostrum brevissimum, apice atrum. Thorax elytraque pilosa, hispidiuscula, cinereo-fuscoque varia; dimidia suturæ pars, basi proxima, atra, glabra. *Fab. Syst. Ent.*

188. Cur. fuscus, elytris cinereis profundiusculè *exaratus*.  
striatis: striis punctatis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum latiusculum, crassum, ferè longitudine thoracis. Caput et thorax saturatè fusca. Elytra pallidè fusca, sive cinerea, striata, striis satis profundis, punctatis. Totum corpus subtùs pilis brevissimis obtectum, et inde cinereum.

189. Cur.

*setosus.*189. *Cur. fusco-cinereus hispidus*, antennis pedibusque rufis.Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprà cinereum, sive fusco-cinereum, porro setis sive pilis brevissimis rigidiusculis erectis hispidum. Elytra striata, striis punctatis. Antennæ et pedes rufescentes. Rostrum longitudine thoracis.

*subrotundus.* 190. *Cur. griseus*, abdomine ovato subrotundo, antennis pedibusque rufescentibus.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprà griseum, in juventute ferè cupreum. Thorax ovatus. Abdomen ovale, teres, atque rotundum. Elytra striata, striis punctatis. Antennæ et pedes rufescentes.

*Variat* colore cupreo, griseo, et ferè fusco.

*obesus.*191. *Cur. crassus fusco-cinereus*, elytris obsoletè punctato-striatis, pedibus rufescentibus.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum animal crassum est, quasi robustum, vellere cinereo brevissimo rigido obductum. Thorax scabriusculus. Elytra obsoletè striata; striæ ex punctis minutis impressis. Pedes obscurè rufescentes. Antennæ piceæ.

*scabriculus.* 192. *Cur. cinereus hispidus*, elytris striatis.

*Linn. Mant.* 531. *Vill.* i. 211. 156. *Fab. Syst. Ent.* 149. 113. *Sp. Ins.* i. 189. 159. *Mant.* i. 117. 212. *Ent. Syst.* i. b. 469. 313. *Payk. Monog.* 88. *Faun. Etrusc.* 234. *Hellw.* 234. *Bonsd.* 20. f. 21. *Panz.*

*Panz. Ent. Germ.* 327. 162. *Payk. Faun. Suec.* iii. 285.  
108.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 351. 324. t. 87. f. 10.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus unicolor, cinereum, squamis teretibus erectis, sive pilis brevibus crassis obsitum. Elytra sulcato-striata: pili elytrorum per poros striis interjacentes siti sunt.

193. *Cur. subcinereus*, colcoptris globosis setis rigidis exasperatis, antennis pedibusque rufis. *birsutulus.*

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 468. 312. *Panz. Ent. Germ.* 327.  
161. *Payk. Faun. Suec.* iii. 286. 109.

*Panz. Faun. Germ.* 7. t. 7.

*Cur. echinatus.* *Bonsd.* 21. f. 22. *Payk. Monog.* 89.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Medius inter *Cur. scabriculum* et *Cur. scabrosum*. Rostrum brevissimum. Antennæ ferrugineo-rufæ. Thorax cinereo-squamosus, vittis duabus mediis fuscis. Elytra punctato-striata, squamulis cinerascensibus albida, setis rigidissimis, itidem thorax et caput, exasperata. Prona pars corporis squamulis subcinereis cana. Pedes rufi.

194. *Cur. piceus nitidus*, abdomine ovato, antennis pedibusque rufescentibus. *piceus.*

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ, femora, tibiæ, plantæque rufo-ferruginea. Cætera piceus est. Thorax subglobosus, punctis plurimis impressis. Abdomen ovatum. Elytra glabra, striata; striæ ex punctis impressis. Corpus nitidum.

195. *Cur. fuscus*, elytris cinereis: striis sex dorsalibus fuscis. *sex-striatus.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum, caput et thorax fusca, immaculata. Elytra pallidiora, cinerea, striis sex dorsalibus fuscis, et tribus aliis lateralibus, obsoletioribus. Pedes fusci. Abdomen ovatum, tumidum, thorace multoties majus.

*retusus.* 196. Cur. cupreo-cinereus nitidus, thorace brevi scabriusculo, antennis pedibusque rufescentibus.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Animalculum breve, compactum, utrinque obtusum. Superficies tota cinerea, cupreo quodam nitido, sublucente. Caput suprà planum. Thorax punctulis prominulis scabriusculus, rotundus, capite ferè brevior. Elytra striata. Abdomen ovatum, pingue. Antennæ et pedes rufescentes.

*elevatus.* 197. Cur. fusco-cinereus oblongus, elytris pilosis striatis acutiusculis : striis quatuor elevatis.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Thorax scabriusculus. Elytra fusco-cinerea, pilosa : porci striis quatuor elevatis ; inter porcos striæ ex punctis impressis. Corpus subtùs nigrum. Pedes rufi, pilis cinereis obtecti.

*parapleurus.* 198. Cur. niger hispidus, elytris striatis fuscis : maculis lateribusque albidis, antennis rufis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufæ. Rostrum, caput et thorax punctata, nigra, hispidula. Elytra fusca, striata, hispida, lateribus et maculis irregularibus albis, quæ ex pilis coloratis effictæ sunt. Corpus subtùs et pedes nigra, tomentosa.

199. Cur.

199. Cur. niger, thorace foveâ utrinque magnâ, *scrobiculatus*.  
elytris obsoletè striatis squamulis rufis obtectis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufæ. Totum corpus nigrum, squamulis rufis obtectum. Thorax punctatus, foveâ utrinque magnâ, laterali. Elytra obsoletè striata. Pedes nigri.

200. Cur. nigro-fuscus, elytris valdè striatis squamulis fuscis cinerascensibusque variis obtectis. *tessellatus*.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprâ et antennæ nigro-fusca. Caput et thorax squamulis fuscis tecta, thoracis margine anteriori albido. Elytra valdè striata, squamulis fuscis et cinerascensibus variis tessellata. Corpus subtus et pedes obscurè rufa.

201. Cur. squamosus obscurè auratus, coleoptris *Æcidii*.  
apices versùs lineis tribus elevatis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ——— Lectus mense Maio, *Æcidium Serratulæ arvensis* depascens. *D. Kirby*.

DESCR. Totus squamulis obscurè auratis tectus. Rostrum thorace brevius. Antennæ fuscæ. Oculi subimmersi. Thorax lineâ elevatiusculâ, obsoletâ. Elytra substriata, colore obscuriori tessellata, versùs apices utrinque lineâ elevatiusculâ, et unâ communi; omnes apud anum convergentes.

202. Cur. globosus suprâ fuscus subtus cinereus, *maritimus*.  
elytrorum lateribus atomisque sparsis incanis,  
antennis fuscis.

Long. corp.  $3\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ——— Captus in littore juxta Landguard-Fort. *D. Kirby*.

DESCR. Statura et summa affinitas *Cur. limbati*, sed major et alius. Subtùs totus squamulis cinerascentibus tectus, suprà fuscis. Rostrum brevissimum. Antennæ fuscæ. Thorax posticè lituris duabus incanis. Coleoptra globosa, lateribus intra margines, atomisque disci sparsis incanis; setis brevibus rigidis aspersa.

\*\* *Corpore oblongo.*

*nebulosus.* 203. *Cur. canus*, elytris fasciis obliquis nigris, rostro carinato.

*Linn. Syst. Nat.* 617. 84. *Faun. Suec.* 635. *Vill.* i. 210. 152. *Gmel.* 1787. 84. *Fab. Syst. Ent.* 147. 104. *Sp. Ins.* i. 186. 142. *Mant.* i. 114. 184. *Ent. Syst.* i. b. 457. 265. *Payk. Monog.* 101. *Harr.* 266. *Bonsd.* 3. *Panz. Ent. Germ.* 321. 125. *Faun. Etrusc.* 324. *Hellw.* 324. *Faun. Ingr.* 341. *Payk. Faun. Suec.* iii. 298. 122.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 76. 38. t. 64. f. 8. *Act. Acad. Suec.* 1785. 48. 18. t. 2. f. 18? *Schæff. Icon.* t. 25. f. 3.

Le Charanson à trompe sillonnée. *Geoff.* i. 278. t. 4. f. 8. *Curculio carinatus.* *De Geer*, v. 241. 27.

Long. corp. 8 lin.

Habitat ———

DESCR. Color ex niveo et nigro variè mixtus, quasi per fascias obliquas. Thorax sub-ferrugineus. *Faun. Suec.*

*sulcirostris.* 204. *Cur. cinereus subnebulosus*, rostro trisulcato.

*Linn. Syst. Nat.* 617. 85. *Vill.* i. 210. 153. *Gmel.* 1787. 85. *Fab. Sp. Ins.* i. 187. 143. *Mant.* i. 114. 185. *Ent. Syst.* i. b. 458. 268. *De Geer*, v. 240. 26. *Payk. Monog.* 100. *Bonsd.* 4. f. 5. *Harr.* 267. *Panz. Ent. Germ.* 321. 128. *Faun. Etrusc.* 325. *Hellw.* 325. *Faun. Ingr.* 342. *Laich.* i. 233. 24. *Payk. Faun. Suec.* iii. 297. 121.

*Mart. Eng. Ent. t.* 19. f. 23. *Act. Acad. Suec.* 1785. 49. 19. t. 2. f. 19. mala. *Schæff. Icon.* t. 25. f. 10. *Herbst. Jablonsk.* vi. 74. 37. t. 64. f. 7.

Long.



Long. corp. 8 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *Cur. nebuloso*, at rostrum non dorso carinatum, sed tribus sulcis parallelis excavatum. *Linn. Syst. Nat.*

205. *Cur. fusco-cinereus*, elytris striatis tomentosis, pedibus concoloribus.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *Cur. pilosulo*; adeo ut primo intuitu eundem diceres; sed differt corpore oblongiori, elytris satis profundè striatis, et pedibus concoloribus. Striæ elytrorum punctis impressis ornantur. Elytra tomentosa, nec pilosa.

206. *Cur. griseus*, thorace striis tribus pallidioribus.

*Linn. Syst. Nat.* 616. 80. *Faun. Suec.* 630. *Vill.* i. 208. 148. *Gmel.* 1784. 80. *Fab. Syst. Ent.* 148. III. *Sp. Ins.* i. 189. 155. *Mant.* i. 116. 206. *Ent. Syst.* i. b. 466. 302. *Payk. Monog.* 108. *Harr.* 271. *Bonsd.* 16. *De Geer*, v. 247. 35. *Faun. Etrusc.* 331. *Hellw.* 331. *Payk. Faun. Suec.* iii. 307. 130. *Schæff. Icon. t.* 103. f. 8. a. b. *Ent. Helv.* 80. 1. t. 6. f. 1. *Herbst. Jablonsk.* vi. 497. 527. t. 95. f. 5. 6. Le Charanson à corcelet rayé. *Geoff.* i. 283. 13.

Long. corp. 2½ lin.

Habitat in plantis diadelphicis.

*D. Curtis.*

DESCR. Corpus totum griseum. Antennarum infimus articulus rufescens. Thorax lateribus et dorso niger, intra quam nigredinem color griseus striarum instar ducitur, unicâ lineâ in tergo, et dein unicâ in utroque latere, hinc thorax quasi fuscus, lineis tribus longitudinalibus pallidis sive cinereis exaratus. Oculi nigri. Elytra cinerea, singula striis quatuor exarata. Rostrum breve, extra antennas brevissimum, et ferè nullum. *Faun. Suec.*

- cloropus.* 207. *Cur. niger*, antennis tibiisque ferrugineis.  
*Linn. Syst. Nat.* 617. 82. *Faun. Suec.* 633. *Vill.* i. 209. 150. *Gmel.* 1786. 82. *Fab. Syst. Ent.* 149. 116. *Sp. Ins.* i. 190. 163. *Mant.* i. 117. 218. *Ent. Syst.* i. b. 471. 323. *Panz. Ent. Germ.* 328. 168. *Faun. Fred.* 11. 113. *Payk. Monog.* 110. *Faun. Suec.* iii. 311. 134.  
*Panz. Faun. Germ.* 19. t. 14. *Herbst. Jablonsk.* vi. 56. 19. t. 62. f. 12. *Bonsd.* 18. f. 19.  
 Long. corp. 2 lin.  
 Habitat in plantis. *Linn.* In ligno quercino. *Fab.*  
 DESCR. Thorax oblongus, opacus, sub lente punctulis prominulis scabriusculus. Elytra striata, striæ punctis impressis.
- hispidulus.* 208. *Cur. fuscus*, thorace cinereo-lineato, elytris hispidis punctis obscurioribus striatis.  
*Fab. Gen. Ins. Mant.* 226. *Sp. Ins.* i. 189. 158. *Mant.* i. 117. 211. *Ent. Syst.* i. b. 468. 311. *Vill.* i. 213. 167. *Gme'* 1784. 368. *Payk. Monog.* 106. *Panz. Ent. Germ.* 327. 160. *Faun. Etrusc.* 333. *Hellw.* 333. *Payk. Faun. Suec.* iii. 305. 128.  
*Herbst. Jablonsk.* vi. 354. 328. t. 87. f. 14.  
 Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.  
 Habitat in plantis aquaticis. *Fab.*  
 DESCR. Parvus, statura *Cur. lineati*. Antennæ clavatae, articulo primo longiori. Thorax punctatus, fuscus, lineis tribus longitudinalibus, cinereis, mediâ tenuiori. Punctum utrinque laterale cinereum. Elytra fusca, pilis albis erectis hispida, punctisque obscurioribus striata, interjectis pilis albis, qui quasi lineas e maculis nigris albisque constituunt. Pedes nigricantes. *Fab. Gen. Ins. Mant.*
- rufipes.* 209. *Cur. cinereus*, pedibus rufis.  
*Linn. Syst. Nat.* 617. 83. *Faun. Suec.* 634. *Vill.* i. 209. 151. *Gmel.* 1786. 83. *Faun. Fred.* 12. 114. *Bonsd.* 10. f. 10.  
 Long.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Hill.*

DESCR. Oblongus, pilis cinereis undique adpersus. Femora et tibiæ testaceo-rubra, nuda; ungu læ sive duæ squamæ, in omnibus pedibus ad exortum unguum, solæ nigræ sunt. Antennarum infimus articulus longissimus.

210. Cur. viridi-argenteus, antennis tibiis plan-tisque rufescentibus. *uniformis.*

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Facies *Cur. argentati*; sed planè differt, femoribus muticis, nec dentatis. Totum corpus, præter antennis, tibiis et plantas rufescentes, viridissimum, sericeum.

211. Cur. viridis nitidus, antennis pedibusque *flavipes*. flavis.

*De Geer*, v. 245. 31. *Vill.* i. 215. 184. iv. 282. 184.

Curculio sericeus. *Herbst. Jablonsk.* vii. 37. 595.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus oblongum. Caput, thorax, elytra, abdomenque squamis aurato-viridibus obtectum, sub quibus insectum nigrum est. Antennæ pedesque nudi, dilutè lutei. *Vill.*

212. Cur. flavescens, oculis nigris, thorace punctis *flavescens*. albidis obsoletissimis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Magnitudo, statura, habitus *Cur. lineati*, at totum corpus flavescens. Thorax punctis quatuor, sæpè sex, albidis, valdè obsoletis. Elytra flavescencia, atomis nigris rarioribus conspersa. Pedes corpore concolores.

*nigriclavis.* 213. Cur. oblongo-ovatus niger obscurus, antennis tibiis plantisque rufis, antennarum clavâ nigrâ.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax ovatus, coleoptris ferè duplo angustior. Elytra striata. Tibiæ plantæque rufæ. Antennæ rufæ, sed quod in hoc singulare, clava nigra est.

*ruficlavis.* 214. Cur. niger nitidiusculus, antennis tibiis plantisque rufis.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus oblongum, nitidiusculum. Thorax ovatus, coleoptris, sed non duplo, angustior. Elytra striata, striis punctatis. Antennæ omninò ut et tibiæ plantæque rufæ. Satis distinctus a præcedenti, præcipuè clavâ antennarum rufâ, nec nigrâ.

*macularius.* 215. Cur. rufo-griseus: maculis minutis nigris, thorace striis tribus pallidis, tibiis rufis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Similis *Cur. atomario*, at satis differt, thorace lineis tribus longitudinalibus (unâ mediâ et duabus lateralibus) pallidis: tum tibiis solummodò, nec pedibus omninò rufis.

*atomarius.* 216. Cur. griseus: atomis maculisque minutis fuscis, pedibus rufis.

Long. corp.  $1\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprâ rufo-griseum, maculis minutis nigris conspersum; hoc in thorace notabilius. Elytra tenuiter striata. Pedes rufi.

217. Cur. suprà griseo-fuscus subtùs cinereus, *griseus*.  
rostro canaliculato.

*Fab. Syst. Ent.* 148. 108. *Sp. Ins.* i. 188. 152. *Mant.*  
i. 116. 221. *Ent. Syst.* i. b. 464. 292. *Vill.* i.  
212. 162.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Statura *Cur. lineati*, at paulò longior. Rostrum  
cylindricum, sulco longitudinali profundiore exaratum.  
Suprà totus obscurè griseus, subtùs cinereus, imma-  
culatus. Femora simplicia. *Fab. Syst. Ent.*

218. Cur. sordidè fuscus, rostro longitudinaliter *fuscus*.  
sulcato, elytris obsoletè striatis.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus totum fuscum, præter oculos qui nigri  
sunt. Rostrum sulco tenui longitudinali exaratum.  
Coleoptra obsoletius striata, dorso longitudinaliter pal-  
lidiuscula. Corpus subtùs colore parùm dilutiori.  
Femora antica cæteris crassiora.

c. *Antennis fractis, femoribus dentatis.*

\* *Corpore ovato.*

219. Cur. cinereo-fuscus tomentosus, thoracis la- *subglobosus*.  
teribus pallidis, abdomine subgloboso.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus unicolor fuscum, præter caput  
et thoracis latera quæ pallidiora sunt. Caput et thorax  
subsericea. Elytra tomentosa, striis obsoletis punctatis.  
Thorax globosus. Abdomen ex oblongo-ovato sub-  
globosum.

220. Cur. fuscus elevato punctatus : punctis tho- *Ligustici*.  
racis globosi majoribus elytrorumque minimis.

*Linn.*

*Linn. Syst. Nat.* 615. 68. *Faun. Suec.* 621. *Vill.* i. 202. 122. *Gmel.* 1774. 68. *Panz. Ent. Germ.* 331. 184. *Fab. Syst. Ent.* 155. 145. *Sp. Ins.* i. 197. 209. *Mant.* i. 122. 273. *Ent. Syst.* i. b. 484. 377. *Payk. Monog.* 77. *Faun. Suec.* iii. 274. 97. *De Geer*, v. 218. 10.

*Herbst. Jablonsk.* iii. 337. 310. t. 86. f. 8. *Bonsd. Cur. Suec.* ii. 32. f. 33.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Jones.*

DESCR. Totum corpus fuscum. Animal hoc ab omnibus differt punctis thoracis majoribus, et elytrorum longè minoribus, omnibus numerosissimis prominulis. Elytra obsolete striata. Rostrum longitudine thoracis, valdè crassum, lineâ mediâ elevatâ, apice bifidum.

*subclavatus.* 221. Cur. nigro-cinerascens, rostro brevi crasso subclavato, elytris obsolete striatis.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Hill.*

DESCR. Totum corpus nigrum, vellere cinerascenti obiectum est. Ex tactu autem nimis aspero vellus facillimè detrahitur, præcipuè ab elytris; unde nigra videntur. Rostrum breve, crassum, supernè subcarinatum, ad apicem majus, unde clavatum apparet. Abdomen oblongum. Elytra sub-obsolete striata; striæ punctis majusculis impressis notantur. Femora dente minori armantur.

*foccosus.* 222. Cur. fuscus, thorace lineis duabus lateralibus pallidis, elytris punctis nigris maculisque albidis.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Rostrum breve, crassum. Thorax ovatus, lineis duabus latiusculis, lateralibus, pallidis. Elytra fusca, punctis plurimis nigris conspersa; inter puncta nigra

nigra puncta etiam albida; at apicem elytrorum versus maculæ plurimæ confluentes, lanæ expansæ instar, totum ferè occupant. Pedes fuscì concolores.

223. Cur. abdomine ovato nigro, pedibus anten- *ovatus*.  
nisque rufis.

*Linn. Syst. Nat.* 615. 69. *Faun. Suec.* 626. *Vill.* i. 203. 123. *Gmel.* 1775. 69. *Fab. Syst. Ent.* 156. 151. *Sp. Ins.* i. 199. 221. *Mant.* i. 123. 287. *Ent. Syst.* i. b. 490. 402. *Payk. Monog.* 79. *Faun. Suec.* iii. 277. 100. *Poda,* 30. 10. *Faun. Etrusc.* 343. *Hellw.* 343. *Faun. Fred.* II. 109.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 357. 331. t. 88. f. 2.

*Curculio Rosæ. De Geer,* v. 219. II. *Bonsd.* 25. f. 26.

Long. corp.  $2\frac{1}{8}$  lin.

Habitat in *Fragariæ vescæ* fructibus.

DESCR. Antennæ, tibiæ et plantæ obscurè ferruginæ. Cætera niger est. Thorax subglobosus, punctis excavatis striato-rugosus. Abdomen ovatum, convexum. Elytra striata; striæ ex punctis majusculis excavatis. Corpus nitidiusculum.

224. Cur. niger, elytris excavato-striatis punctis *sulcatus*.  
testaceis conspersis, thorace scabro.

*Fab. Syst. Ent.* 155. 146. *Sp. Ins.* i. 197. 212. *Mant.* i. 122. 276. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 485. 282. *Payk. Monog.* 78. *Faun. Suec.* iii. 275. 98.

*Bonsd.* 34. f. 35. *Herbst. Jablonsk.* vi. 347. 319. t. 87. f. 5.

Long. corp. 5 lin.

Habitat sub plantis maritimis, *Betâ*, *Atriplice*, prope Hastings.

DESCR. Totum corpus nigrum. Thorax punctis promi-  
nulis scaber. Elytra punctis profundè excavatis striata,  
punctisque aliquot testaceis conspersa; hæc puncta  
ex villis testaceis constant. Femora omnia dentata.  
Plantæ subtùs fulvæ.

225. Cur.

*maurus.*

225. Cur. niger, elytris punctato-striatis.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus unicolor, nigrum. Antennæ clavatæ, clavâ ovatâ acutâ; articulus etiam infimus clavatus. Thorax scabriusculus. Abdomen ovatum, gibbum. Elytra striata; striæ ex punctis impressis constant.

\*\* Corpore oblongo.

*oblongus.*

226. Cur. niger, antennis elytris pedibusque ferrugineis.

Linn. Syst. Nat. 615. 71. Faun. Suec. 625. Vill. i. 203. 125. Gmel. 1775. 71. Fab. Syst. Ent. 156. 150. Sp. Ins. i. 199. 220. Mant. i. 123. 286. Ent. Syst. i. b. 489. 400. Payk. Monog. 87. Bonsd. 9. Harr. 282. Panz. Ent. Germ. 334. 204. Faun. Etrusc. 342. Hellw. 342. Faun. Ingr. 348. Payk. Faun. Suec. iii. 284. 107.

Mart. Eng. Ent. t. 20. f. 33. Schæff. Icon. t. 163. f. 6. Panz. Faun. Germ. 19. t. 15.

Le Charanson à étuis fauves. Geoff. i. 294. 39.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat inter arbores. Linn.

DESCR. Corpus nigrum. Antennæ et pedes testacei. Femora omnia dentata. Elytra livido-ferruginea, margine laterali inflexo nigra. Faun. Suec.

Variat corpore toto testaceo, præter marginem lateralem inflexum nigrum, et corpore toto nigro, præter antennas pedesque testaceos.

*rufescens.*

227. Cur. rufo-ferrugineus totus.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus brunneum, sive rufo-ferrugineum. Elytra striata; striæ ex punctis impressis. In altero sexû pedes pallidiores.

228. Cur.



228. Cur. cinereo-fuscus, antennis basi rufescen- *cervinus*.  
tibus, pedibus fuscis.

*Linn. Syst. Nat.* 615. 70. *Faun. Suec.* 627.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Sordidè cinereus, sive cinereo-fuscus. Antennæ ferrugineæ, capitulo nigro. Elytra adparent quasi adpersa punctis nigris obsoletis. Pedes fusci. Corpus subtùs squamulis aureis obsitum.

229. Cur. æneo-fuscus, pedibus rufescentibus. *Pyri*.

*Linn. Syst. Nat.* 615. 72. *Faun. Suec.* 623. *Vill.* i. 204. 126. *Gmel.* 1775. 72. *Fab. Syst. Ent.* 155. 147. *Sp. Ins.* i. 198. 217. *Mant.* i. 122. 281. *Ent. Syst.* i. b. 487. 390. *Payk. Monog.* 82. *Bonsd.* 8. *Poda,* 30. 8. *Panz. Ent. Germ.* 333. 197. *Faun. Fred.* 11. 107. *Faun. Etrusc.* 341. *Hellw.* 341. *Faun. Ingr.* 346. *De Geer,* v. 246. 34. *Payk. Faun. Suec.* iii. 280. 103. *Hoppe, Ins. Erl.* 66.

*Donov. Brit. Ins. t.* 121. f. 3. 4. *Herbst. Jablonsk.* vi. 259. 226. t. 79. f. 2. a. b. *Schæff. Icon. t.* 2. f. 11.

Le Charanson à écailles vertes et pattes fauves. *Geoff.* i. 282. 12.

Long. corp. 3—5 lin.

Habitat in *Pyri* foliis larva, in *Pruni* corollis de-  
claratus. *Linn.*

DESCR. Rostrum depressum, capite ipso ferè brevius. Caput et thorax punctis minutissimis inæqualia. Elytra oblonga, striis septem profundè excavata, interjectis striis (ferè elevatis) crenatis. Capiti, thoraci et elytris (quæ omnia nigra) insidet pilus vix conspicuus aureo-igneus. Pedes et antennæ rufescentes, infimo articulo longissimo. Fœmina marito duplo major, minùs fusca, magis nitens. *Faun. Suec.*

230. Cur. cupreo-auratus, scutello niveo, pedibus *Mali*.  
flavis.

*Fab.*

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 487. 393. *Payk. Monog.* 83. *Faun. Suec.* iii. 281. 104.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 261. 230. t. 79. f. 5.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Suprà vestitus pilis aureo-igneis. Antennæ testaceæ, capitulo nigro. Scutellum niveum. Subtùs albedo-villosus, minùs aureus. Pedes flavi.

*Cnides.*

231. Cur. viridis, pedibus nigrescentibus.

Curculio *Urticæ.* *De Geer,* v. 219. 12.

Curculio *Pyri* var. *Linn. Syst. Nat.* 615. 72. *Payk. Faun. Suec.* iii. 280. 103. var.  $\beta$ .

An Curculio *Alneti*? *Fab. Ent. Syst.* i. b. 487. 391.

*Herbst. Jablonsk.* vi. 260. 227. t. 79. f. 3?

Long. corp. 4 lin.

Habitat in *Urticâ.*

DESCR. ———

*cæsius.*

232. Cur. viridis, pedibus nudis rufis.

Curculio *argentatus* var.  $\alpha$ . *Faun. Etrusc.* 344? *Hellw.* 344?

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. ———


*argentatus.* 233. Cur. viridis, pedibus tomentosis rufescentibus.

*Linn. Syst. Nat.* 615. 73. *Faun. Suec.* 624. *Vill.* i. 204. 127. *Gmel.* 1776. 73. *Fab. Syst. Ent.* 155. 148. *Sp. Ins.* i. 198. 218. *Mant.* i. 123. 284. *Ent. Syst.* i. b. 489. 398. *Scop.* 91. *Payk. Monog.* 86. *Poda,* 30. 9. *Harr.* 280. *Bonsd.* 12. *Panz. Ent. Germ.* 334. 203. *Faun. Fred.* 11. 108. *Faun. Ingr.* 347. *Faun. Etrusc.* 344. *Hellw.* 344. *Payk. Faun. Suec.* iii. 283. 106. *Laich.* i. 209. 6.

*Donov.*



ATTELABUS.



*A. Betula*

*Donov. Brit. Ins. t. 97. Mart. Eng. Ent. t. 19. f. 21. 22. Schæff. Icon. t. 170. f. 1. Herbst. Jablonsk. vi. 260. 228. t. 79. f. 4.*

Le Charanson à écailles vertes. *Geoff. i. 293. 38.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Quercû.*

DESCR. Hæ tres species, *Cur. Cnides, cæsius* et *argentatus*, ab Ill. Linnæo pro unâ eâdemque specie habitæ sunt. At ritè distinguas quòd *Cur. Cnides* viridis est, et pedes, si tactu vel levissimo depilentur, semper nigri sunt. *Cur. argentatus* viridis est, at longè minor *Curculione Cnides*, tum pedes, si depilentur, semper rufi sunt. *Cur. cæsius* viridis est, at pedes semper nudos rufos exhibet: magnitudine *Curculionem Cnides* æquat.

234. *Cur. niger canescens*, antennis tibiis plan-*amaurus.*  
tisque obscurè rufis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax sub lente punctulis prominulis scabriuscula, opaca. Elytra pilis incanis obsita, striata sunt; striæ punctis impressis. Abdomen subtùs nigrum, at etiam incanum. Femora nigra, basi rufa. Tibiæ et plantæ obscurè rufæ.

## 26. ATTELABUS.

*Antennæ* subclavatæ, rostro insidentes.

*Caput* rostratum, posticè attenuatum, inclinatum.

*Thorax* anticè angustatus.

*Corpus* ovatum, obtusum.

1. *Att. niger*, thorace elytris femoribus tibiisque *Avellane.*  
rubris.

*Linn.*

Linn. Syst. Nat. 619. 2. Gmel. 1809. 2.

Attelabus Coryli, var.  $\beta$ . Fab. Syst. Ent. 156. 1. Sp.

Ins. i. 199. 1. Mant. i. 124. 1. Ent. Syst. i. b.

384. 1. Panz. Ent. Germ. 294. 1. Payk. Faun.

Succ. iii. 168. 1. Faun. Etrusc. 348. Hellw. 348.

Ent. Helv. 118. 1. t. 15. f. 1. 2. Herbst. Jablonsk. vii.

243. 1. t. 105. f. 5.

Curculio collaris. Scop. 71.

Curculio excoriato-ruber. De Geer, v. 257. 46. t. 8. f. 3.

Rhinomacer. La tête écorchée? Geoff. i. 273. 11. Harr.

307. Laich. i. 241. 3.

Schæff. Icon. t. 56. f. 5. 6.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in foliis *Coryli Avellanae*.

DESCR. Antennæ nigræ. Caput nigrum, collo instructum. Thorax ruber, lævis, lineâ dorsali impressâ, posticè circulatus, quasi filo constrictus. Scutellum nigrum, posticè rotundatum. Elytra rubra, punctis excavatis rugoso-striata. Corpus subtus atrum.

Pedes rubri, genibus tarsisque nigris.

Variat thorace anticè lineolâ dorsali nigrâ.

An distinctus ab *Att. Coryli* Linnæi?

*curculionoides*. 2. Att. niger, thorace elytris que rubris nitidis.

*des.*

Linn. Syst. Nat. 619. 3. Vill. i. 218. 3. Gmel. 1809. 3.

Scop. 72. Fab. Syst. Ent. 157. 2. Sp. Ins. i. 200. 3.

Mant. i. 124. 6. Ent. Syst. i. b. 386. 12. Faun.

Etrusc. 349. Hellw. 349. Panz. Ent. Germ. 295. 3.

Payk. Faun. Succ. iii. 169. 2.

Schæff. Icon. t. 56. f. 7. Sulz. Ins. t. 4. f. 12. Donov.

Brit. Ins. t. 149. Herbst. Jablonsk. vii. 145. 2. t. 105.

f. 6. Mart. Eng. Ent. t. 23. f. 6.

Curculio nitens. Payk. Monog. 122.

Rhinomacer curculionoides. Harr. 305. Laich. i.

242. 4.

Le Becmare laque. Geoff. i. 273. 10.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Similis *Att. Avellanæ*, sed minor. Elytra leviter punctato-striata. Pedes nigri.

3. *Att. pedibus saltatoriis, corpore toto atro.* *Betulæ.*

*Linn. Syst. Nat.* 620. 7. *Faun. Suec.* 640. *Vill.* i. 219. 5. *Gmel.* 1810. 7. *Fab. Syst. Ent.* 157. 3. *Sp. Ins.* i. 201. 6. *Mant.* i. 124. 10. *Ent. Syst.* i. b. 392. 37. *Faun. Fred.* 12. 120. *Faun. Ingr.* 321. *Panz. Ent. Germ.* 298. 26. *Payk. Faun. Suec.* iii. 174. 7.

*Panz. Faun. Germ.* 20. t. 15.

*Curculio Betulæ.* *Pontop.* i. 672. 15. *Payk. Monog.* 120.

*Curculio excoriato-niger.* *De Geer*, v. 259. 47.

*Rynchites Betulæ.* *Herbst. Jablonsk.* vii. 133. 9. t. 104. f. 9. c.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in *Betulæ* foliis, quæ rodit ut crispa evadunt, eaque primo vere destruit.

DESCR. Corpus oblongum, atrum. Elytra oblonga, punctis excavatis striata. Caput ante oculos magis angustatum. Femora crassa. Simillimus *Curculioni.* *Faun. Suec.*

## 27. CLERUS.

*Antennæ* moniliformes, articulis tribus ultimis majoribus.

*Caput* declinatum.

*Thorax* convexus, posticè attenuatus.

*Elytra* flexilia.

*Corpus* oblongo-elongatum.

I. Cl. niger, thorace piloso rufo, elytris fasciâ *formicarius*. duplici albâ basique rubris.

*Fab. Syst. Ent.* 157. 2. *Sp. Ins.* i. 201. 4. *Mant.* i. 125. 5. *Ent. Syst.* i. a. 207. 5. *Payk. Faun. Suec.* i. 247. 1. *Faun. Etrusc.* 351. *Hellw.* 351. *Panz. Ent. Germ.* 85. 2.

*Panz. Faun. Germ.* 4. t. 8. *Herbst. Jablonsk.* vii. 208. 2. t. 109. f. 2.

*Attelabus formicarius.* *Linn. Syst. Nat.* 620. 8. *Faun. Suec.* 641. *Vill.* i. 219. 6. *Gmel.* 1811. 8. *Scop.* 111. *Rai.* 103. 29. *Faun. Fred.* 12. 121. *Poda,* 31. 1. *Harr.* 392. *Laich.* i. 245. 2.

*Don. Brit. Ins.* t. 231. f. 2. *Mart. Eng. Ent.* t. 23. f. 8. *De Geer,* v. 160. 3. t. 5. f. 8. *Schæff. Icon.* t. 186. f. 4.

*Dermestes formicarius.* *Schrank,* 35.

*Cleroides.* *Schæff. Elem.* t. 137.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum est, thoraci immersum, depressum. Antennæ clavatæ, ori ferè insidentes, nigrae. Thorax rufus est et scaber, margine caput spectante nigro. Elytra oblonga, obtusa, planiuscula, punctis elevatis scabra, nigra, basi rubra, fasciis duabus transversalibus, linearibus, albis; quarum una thoraci propior supra mediam longitudinem antrorsum flexa; altera vero fascia paulo supra apices elytrorum sita, etiam alba, sed latior, ad suturam longitudinalem antrorsum flexa. *Faun. Suec.*

*mollis.*

2. Cl. griseus pubescens, elytris fasciis tribus pallidis.

*De Geer,* v. 159. 2. t. 5. f. 6.

*Le Clairon porte-croix.* *Geoff.* i. 305. 3.

*Attelabus mollis.* *Linn. Syst. Nat.* 621. 11. *Faun. Suec.* 642. *Vill.* i. 220. 8. *Poda,* 31. 3. *Harr.* 395. *Laich.* i. 246. 3.

*Mart. Eng. Ent.* t. 23. f. 7. *Herbst. Jablonsk.* vii. 210. 4. t. 109. f. 4. *Schæff. Icon.* 60. f. 2.

*Notoxus mollis.* *Fab. Syst. Ent.* 158. 1. *Sp. Ins.* i. 203. 1. *Mant.* i. 127. 3. *Ent. Syst.* i. a. 211. 5. *Gmel.* 1813. 3. *Payk. Faun. Suec.* i. 248. 1. *Panz. Ent. Germ.* 87. 3.

*Panz.*



*Panz. Faun. Germ.* 5. t. 5.  
*Curculio. Udd. Diss.* 28. t. 1. f. 9.  
*Dermestes mollis. Schrank,* 37.

Long. corp. 5 lin.

Habitat in sylvis.

DESCR. Caput ferrugineum. Thorax niger, villosus.  
 Elytra nigra, flexilia, fasciis tribus pallidis; quarum  
 prima ad basin, tertia in apice. Abdomen rubrum.  
 Pedes pallidi, geniculis nigris. Totus subpilosus est.  
*Faun. Suec.*

3. Cl. cæruleus nitidus, thorace villosus.

*violaceus.*

*Clerus cæruleus. De Geer,* v. 163. 4. t. 5. f. 13.

*Le Clairon bleu. Geoff.* i. 304. 2.

*Dermestes violaceus. Linn. Syst. Nat.* 563. 13. *Faun.*  
*Suec.* 422. *Vill.* i. 48. 12. *Gmel.* 1594. 13. *Scop.*  
 51. *Schrank,* 45. *Panz. Ent. Germ.* 98. 18. *Fab.*  
*Syst. Ent.* 57. 10. *Sp. Ins.* i. 65. 13. *Mant.* i. 35.  
 15. *Ent. Syst.* i. a. 230. 16. *Poda,* 22. 2. *Faun.*  
*Etrusc.* 78. *Hellw.* 78.

*Panz. Faun. Germ.* 5. t. 6. *Mart. Eng. Ent.* t. 6. f. 7.

*Attelabus Geoffroyanus. Laich.* i. 247. 4.

*Corynetes violaceus. Payk. Faun. Suec.* i. 275. 1. *Herbst.*  
*Jablonsk.* iv. 150. i. t. 41. f. 8.

Long. corp.  $2\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Villosus suprâ nitens, præsertim elytra; an-  
 tennæ stipite fusco, nitente, clavâ nigrâ, obscurâ, arti-  
 culis tribus ferè æqualibus, ultimo obliquè truncato,  
 ferè in formam literæ S incurvæ. Thorax rariùs punc-  
 tulatus. Elytra amœnè cærulea, punctata, sed vix striata.  
 Subtùs atro-cærulescens.

4. Cl. atro-cærulescens, elytris cæruleis striatis, *Quadra.*  
 antennarum articulo ultimo maximo quadrato.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Totus villosus. Antennæ incurvæ, stipite nitido, e nigro fuscescente, clavâ nigrâ, obscurâ, e tribus constante articulis, quorum inferior minor, extimus maximus, truncatus, ferè quadratus. Thorax punctatissimus. Elytra striata, striis punctatis, atra, cum tincturâ æneâ, cæruleo maculata, sive nebulosa: oculo non armato cærulea tota apparent. Subtùs atro-cærulescens, sed valdè obscurus.

*Variat* thorace virescenti cæruleo.

*ruficollis.*

5. Cl. cyaneus villosus, thorace elytrorum basi pedibusque rufo ferrugineis.

*Dermestes ruficollis.* *Fab. Syst. Ent.* 57. II. *Sp. Ins.* i. 65. 15. *Mant.* i. 35. 17. *Ent. Syst.* i. a. 230. 18.

*Anobium ruficollis.* *Thunb. Nov. Ins. Spec.* 8. f. 7.

*Corynetes ruficollis.* *Herbst. Jablonsk.* iv. 152. 3. t. 41. f. 9.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat—In capite equino nuper interfecto cepi.

DESCR. Faciem omninò *Carabi cyanocephali* refert. Antennæ nigræ, clavâ compressâ. Caput et thorax punctatissima. Oculi atri, cancellati. Elytra striata, punctis impressis.

---

## 28. CERAMBYX.

*Antennæ* setaceæ.

*Oculi* lunati, basin antennarum amplectentes.

*Thorax* caput recipiens.

*Elytra* sublinearia.

*Corpus* oblongum.

\* *Thorace marginato, dentibus lateralibus.*

\*\* *Thoracerotundato, spinis fixis lateralibus mucronato.*

\*\*\* *Thorace inermi, subcylindrico.*

\*\*\*\* *Thorace inermi, subrotundo, sive ex globoso depresso.*

\*\*\*\*\* *Thorace inermi, subgloboso, nec depresso.*

---

\* *Thorace*

CERAMBYX.



*C. bispidus.*



\* *Thorace marginato, dentibus lateralibus.*

1. Cer. thorace tridentato, corpore piceo, elytris *coriarius*.  
mucronatis, antennis brevioribus.

Linn. Syst. Nat. 622. 7. Faun. Suec. 647. Gmel. 1815. 7.

Scop. 161. Vill. i. 224. 2. Rai. Ins. 95. Poda,

Mus. Græc. 31. 1. Harr. 190.

Mart. Eng. Ent. t. 24. f. 4. Roes. ii. 2. t. 1. f. 1. 2.

Schæff. Icon. t. 9. f. 1. mas. t. 67. f. 3. fem. Schæff.

Elem. t. 103. Frisch. 13. t. 9. Bergstræes. Nom. 1.

13. 79. 5. 6. t. 13. f. 5. 6.

Prionus coriarius. Fab. Syst. Ent. 161. 7. Sp. Ins. i.

206. 9. Mant. i. 129. 13. Ent. Syst. i. b. 246. 15.

Hoppe, Ins. Erl. 58. Panz. Ent. Germ. 246. 5.

Payk. Faun. Suec. iii. 51. 2. Laich. ii. 3. 2.

Oliv. iv. 66. 29. 37. t. 1. f. 1. b—d. Panz. Faun.

Germ. 9. t. 8.

Le Prione. Geoff. 198. 1. t. 3. f. 5.

Cerambyx Prionus. De Geer, v. 59. 1. t. 3. f. 5.

Scarabæus tridentatus? Linn. Faun. Suec. 406.

Lucanus tridentatus? Linn. Syst. Nat. 560. 3. Gmel.

1589. 3.

Long. corp. maris 1 unc. 1 lin.

fœm. 1 unc. 7 lin.

Habitat in truncis arborum.

DESCR. Antennæ crassæ, serratæ, piceæ. Corpus subdepressum, totum suprâ nigro-piceum. Thorax subrugosus, utrinque tridentatus, dente intermedio majore, acutiore, anticè et posticè flavo-ciliatus. Elytra subrugosa, lineis tribus obsoletis, elevatis, apice mucronata. Corpus subtùs rufo-piceum, pectore piloso, pilis flavescentibus. Pedes picei.

\*\* *Thorace rotundato, spinis fixis lateralibus mucronato.*

2. Cer. elytris fastigiatis: punctis fasciisque nigris, *nebulosus*.  
antennis longioribus.

Linn. Syst. Nat. 627. 29. Faun. Suec. 650. Vill. i.

225. 5. Schrank, 246. Scop. 173. Fab. Syst. Ent.

168. 20. Sp. Ins. i. 215. 26. Mant. i. 134. 36.

*Ent. Syst.* i. b. 261. 35. *Gmel.* 1821. 29. *De Geer*, v. 71. 8. *Foun. Fred.* 13. 124. *Harr.* 321. *Panz. Ent. Germ.* 248. 7. *Faun. Ingr.* 265. *Payk. Faun. Suec.* iii. 56. 4.

*Mart. Eng. Ent. t.* 24. f. 6. *Schæff. Icon. t.* 192. f. 6. *Voet.* ii. 12. 4. t. iv. f. 4. *Panz. Faun. Germ.* 14. t. 13. *Oliv.* iv. 67. 54. 72. t. 7. f. 47. a—c.

Le Capricorne noir marbré de gris. *Geoff.* i. 204. 7.

Long. corp. 3—4 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigricans. Antennæ corpore sesquilon-giores, apice tenuissimæ, articulis singulis supernè nigris, infernè pallidis. Thorax utrinque denticulo notatus, supernè cinereus, punctis nigris maculatus. Elytra cinerea, punctis minimis excavata, non striata, præ-terea punctis inæqualibus nigris irrorata, densius versus basin; fascia dein nigra transversalis latiuscula in medio elytrorum. *Faun. Suec.*

*hispidus.*

3. *Cer. elytris subpræmorsis*: punctis tribus hispidis, antennis hirtis longioribus.

*Linn. Syst. Nat.* 627. 30. *Faun. Suec.* 651. *Vill.* i. 225. 6. *Schrank,* 248. *Faun. Ingr.* 267. *Fab. Syst. Ent.* 169. 21. *Sp. Ins.* i. 215. 27. *Mant.* i. 134. 38. *Ent. Syst.* i. b. 262. 40. *Gmel.* 1821. 30. *Rai.* 97. 4. *Panz. Ent. Germ.* 249. 11. *Harr.* 322. *Payk. Faun. Suec.* iii. 59. 8.

*Schæff. Icon. t.* 14. f. 9. t. 176. f. 5. 6. *Panz. Faun. Germ.* 14. t. 16. *Frisch.* 13. 22. t. 16. *Donov. Brit. Ins. t.* 64. f. 2. 3. *Mart. Eng. Ent. t.* 24. f. 10. *Oliv.* iv. 66. 53. 71. t. 11. f. 77. a. b.

*Cerambyx fasciculatus.* *De Geer*, v. 71. 9. t. 3. f. 17.

Le Capricorne à étuis dentelés. *Geoff.* i. 206. 9.

Long. corp. 2—3 lin.

Habitat ———

DESCR. Totus cinereus est, punctisque nigris irroratus; striæ aliquot elevatæ in elytris, et fascia alba transversalis latiuscula in medio elytrorum, basi tamen paulo propior. Thorax aculeis prominulis, præsertim lateralibus.

teralibus. Antennarum articuli supernè nigri, infernè cinerei.

*Varietas* in aliis fascia albida cordata in parte anteriore coleoptrorum: postica pars elytrorum retusa, acutè præmorsa, sive dentata. *Faun. Suec.*

4. *Cer. elytris griseis apice unidentatis, antennis pilosus. mediocribus hirtis.*

*Fab. Mant.* i. 134. 39. *Ent. Syst.* i. b. 262. 41. *Gmel.* 1822. 107. *Panz. Ent. Germ.* 249. 12.

*Cerambyx hispidus* var.  $\beta$ . *Payk. Faun. Suec.* iii. 59. 8.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$ —3 lin.

Habitat ———

DESCR. Statura omninò *Cer. hispidi* at distinctus. Minor. Antennæ longitudine corporis, hirtæ. Thorax utrinque bispinosus, griseus. Elytra punctis tribus elevatis, hispidis, grisea, basi parùm pallidiora, apice unidentata. *Fab. Mant.*

5. *Cer. viridis nitens, elytris obtusis, antennis memoschatus. diocribus cyaneis.*

*Linn. Syst. Nat.* 627. 34. *Faun. Suec.* 652. *Vill.* i. 226. 7. *Gmel.* 1824. 34. *Schrank,* 249. *Fab. Syst. Ent.* 165. 7. *Sp. Ins.* i. 210. 9. *Mant.* i. 131. 11. *Ent. Syst.* i. b. 251. 1. *Faun. Ingr.* 264. *Scop.* 165. *Rai.* 81. 17. *Poda,* 32. 2. *Harr.* 317. *Pontop.* i. 673. 5. *Panz. Ent. Germ.* 247. 1. *Laich.* ii. 10. 3. *Payk. Faun. Suec.* iii. 53. 1.

*Don. Brit. Ins. t.* 94. f. 2. *Mart. Eng. Ent. t.* 24. f. 7. *Schæff. Icon. t.* 11. f. 7. *Frisch.* 13. t. 11. *Voet.* ii. 14. t. 6. f. 14. *Oliv.* iv. 67. 23. 25. t. 2. f. 7. *Bergstraes. Nom.* ii. 1. 2. t. 2. f. 2.

*Cerambyx odoratus.* *De Geer,* v. 63. 2.

Le Capricorne vert à odeur de rose. *Geoff.* i. 203. 5.

Long. corp. 1 unc. 3 lin.

Habitat in *Salice*, odorem spargens gratum et fragrantissimum.

DESCR. Totus cæruleo-viridis, aureo-nitens. Abdomen suprâ cæruleum. Alæ nigræ. Pedes colore cum reliquo

reliquo corpore conveniunt; pedum tarsi subtus villosi, glauci; tibia terminatur spinâ. Thorax utrinque mucrone gaudet; intra hos mucrones tria tubercula paulo minora, elytris propiora, et nonnulla alia tubercula adhuc minora anteriùs. Elytra minutissimis rugis, fibrisque tribus longitudinalibus parùm elevatis notata, oblongo-lanceolata, flexilia. Antennæ vix longitudinem corporis attingunt; harum articuli per gradus versus extremitatem breviores sunt, contrario ac in reliquis modo. *Faun. Suec.*

*ædilis.*

6. Cer. thorace cinereo: punctis quatuor luteis, elytris obtusis nebulosis, antennis longissimis.

*Linn. Syst. Nat.* 628. 37. *Faun. Suec.* 653. *Vill.* i. 228. 9. *Schrank*, 254. *Gmel.* 1825. 37. *Fab. Syst. Ent.* 164. 1. *Sp. Ins.* i. 209. 1. *Mant.* i. 130. 1. *Faun. Fred.* 13. 125. *Poda*, 32. 4. *Pontop.* i. 673. 6. *Harr.* 316.

*Don. Brit. Ins.*, t. 72. *Mart. Eng. Ent.* t. 26. f. 4. *Oliv.* iv. 67. 81. 106. t. 9. f. 59. a—d. *De Geer*, v. 66. 5. t. 4. f. 1. 2. *Schæff. Icon.* t. 14. f. 7. fem. *Voet.* ii. t. 4. f. 1. 2. 3. *Act. Nidros.* iv. 323. 16. t. 16. f. 8. *Frisch.* 13. t. 12. *Bergstræes. Nom.* i. 3. 5. t. 1. f. 5. 6. t. 2. f. 1.

*Lamia ædilis.* *Payk. Faun. Suec.* iii. 62. 3. *Laich.* ii. 23. 5. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 270. 16. *Faun. Ingr.* 269. *Panz. Ent. Germ.* 250. 2.

Long. corp. 8—10 lin.

Habitat in truncis arborum. Captus *D. Lathbury.*

DESCR. Corpus totum cinereum. Elytra obtusa, pilis minutissimis adpersa; inter quos pilos tubercula seu puncta minutissima prominent confertissima; umbra nigricans coleoptra transversim ambit versus posteriora, in medio curvata. Thorax etiam cinereus, mucrone utrinque prominulo, et punctis quatuor luteis transversalibus a tergo. Oculi nigri. Antennæ ipso corpore quintuplo longiores, ex 10 articulis cinereis, versus apicem nigris, quo capite propiores, eo breviores. Alæ nigricantes, venis fuscis. Fœmina ano prominet; huic antennæ ipso corpore triplo longiores: maris autem



autem cornua quintuplo vel sextuplo corpore longiora.  
*Faun. Suec.*

7. *Cer. elytris obtusis atris ferrugineo-subnebu-Sutor.*  
*losis, scutello luteo, antennis longissimis.*

*Linn. Syst. Nat.* 628. 38. *Faun. Suec.* 655. *Vill.* i.  
229. 10. *Gmel.* 1830. 38. *Scop.* 162. *Poda,* 33. 6.  
*Harr.* 326.

*Oliv.* iv. 67. III. 149. t. 3. f. 20. a—c.

*Lamia Sutor. Fab. Syst. Ent.* 172. 10. *Sp. Ins.* i.  
218. 15. *Mant.* i. 137. 17. *Ent. Syst.* i. b. 277. 41.  
*Panz. Ent. Germ.* 251. 6. *Payk. Faun. Suec.* iii.  
62. 2. *Laich.* ii. 17. 2. *Faun. Ingr.* 270.

*Panz. Faun. Germ.* 19. t. 2. *Schæff. Icon.* t. 65. f. 1.  
*Voet.* t. 5. f. 7.

*Cerambyx atomarius. De Geer,* v. 65. 4.

Long. corp. 9 lin.

Habitat in sylvis.

DESCR. Magnus et ater est. Oculi nigri. Thorax  
utrinque angulo majori armatur; maculâ ferrugineâ  
ad basin elytrorum introrsum. Thorax et elytra atra,  
punctis sparsis, ferè contiguis, excavatis, nudo oculo  
manifestis. Puncta flava, sparsa super thoracem et  
elytra. Mas antennis nigris, triplo aut quadruplo cor-  
pore longioribus: Fœmina antennis corpore sesquilon-  
gioribus, nigris, articulis singulis versus basin cinereis.  
*Faun. Suec.*

\*\*\* *Thorace inermi, subcylindrico.*

8. *Cer. niger, coleoptris lineâ suturali dentatâ scalaris.*  
*punctisque flavis, antennis mediocribus.*

*Linn. Syst. Nat.* 632. 55. *Scop.* 175. *Vill.* i. 240. 43.  
*Schrank,* 268. *Gmel.* 1837. 55. *De Geer,* v. 77. 14.

*Hoeff. Ins.* t. 7. *Frisch.* 12. t. 3. f. 3. *Bergstræes.*  
*Nom.* ii. 14. 4. t. 2. f. 4. *Voet. Col.* t. 17. f. 78.

*Leptura scalaris. Linn. Faun. Suec.* 697. *Poda,* 34. 10.  
*Harr.* 342.

*Saperda scalaris. Fab. Syst. Ent.* 184. 2. *Sp. Ins.* i.

231. 2. *Mant.* i. 147. 2. *Ent. Syst.* i. b. 307. 2.  
*Panz. Ent. Germ.* 256. 2. *Laich.* ii. 35. 4. *Payk.*  
*Faun. Suec.* iii. 75. 6. *Faun. Ingr.* 278.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Swainson:*

DESCR. Totus niger est, oblongus, lævis. Thorax vellere flavo indutus, maculâ nigrâ, quadratâ in dorso; utrinque ad latera gibbus. Elytra nigra, glabra, punctis minutissimis excavatis, suturâ longitudinali flavâ, dentibus variis oppositis, quorum par primum incurvum, secundum transversum, tertium adscendens, quartum deorsum gibbum, quintum minimum, sextum ultimum adscendens per marginem exteriorem; puncta aliquot difformia, flava, in medio elytrorum. Antennæ corpore paulo longiores. Flavedo omnis e villis minutissimis constat. *Faun. Suec.*

*populneus.* 9. Cer. villosus viridescens, thorace flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis medio-cribus.

*Linn. Syst. Nat.* 632. 57. *Faun. Suec.* 661. *Vill.* i. 241. 45. *Schrank,* 266. *Gmel.* 1838. 57.

*Mart. Eng. Ent.* t. 24. f. 8. 9.

Cerambyx 10-punctatus. *De Geer,* v. 78. 15.

Leptura populnea. *Harr.* 347. *Schæff. Icon.* 48. f. 5.

La Lepture à corcelet cylindrique et à taches jaunes. *Geoff.* i. 208. 3.

Saperda populnea. *Fab. Syst. Ent.* 186. 12. *Sp. Ins.* i.

234. 18. *Mant.* i. 149. 27. *Ent. Syst.* i. b. 315. 37.

*Panz. Ent. Germ.* 258. 11. *Payk. Faun. Suec.* iii.

77. 9. *Laich.* ii. 38. 6. *Faun. Ingr.* 281.

*Oliv.* iv. 68. 16. 16. t. 1. f. 1. b. c.

Long. corp. 6 lin.

Habitat in *Populo tremulâ.* *Linn.*

DESCR. Antennæ setaceæ, articulis supernè nigris, infernè albis. Thorax viridescens, lineis tribus flavis, longitudinalibus, pubescentibus. Elytra fusco-viridescencia, rugoso-punctata, punctis quatuor flavis.

10. Cer.

10. *Cer. viridescens*, thorace flavo trilineato, *lineato-*  
elytris nigris: atomis villosis flavescentibus, an- *collis.*  
tennis longioribus.

*Don. Brit. Ins. t. 209.*

An *Cerambyx villosa-viridescens*? *De Geer, v. 76. 13.*

Long. corp. 7 lin.

Habitat in *Heracleo*.

DESCR. Valdè affinis *Cer. populneo*, sed maculis flavis omninò caret. Elytra enim nigro-viridia, villis flavescentibus, variè constipatis ornantur, et exinde videntur atomis flavescentibus conspergi. Antennæ ut in *Cer. populneo*, at crassiores, et corpore dimidio longiores. Thoracis lineæ latiores, saturatiores, rectæ, distinctæ, neque ut in *Cer. populneo*, intra antennis incurvatæ, ad caput coeunt. Scutellum didymum flavum ut in *Cer. populneo*.

11. *Cer. niger*, thorace albido-lineato, elytris fa- *cylindricus.*  
stigiatis, pedibus anticis pallidis, antennis brevioribus.

*Linn. Syst. Nat. 633. 59. Faun. Suec. 662. Vill. i. 242. 47. Gmel. 1839. 59.*

*Roes. ii. 2. t. 3.*

*Cerambyx cinereus. De Geer, v. 75. 12.*

*Leptura cylindrica. Scop. 157. Harr. 346.*

*La Lepture ardoisée. Geoff. i. 208. 2.*

*Saperda cylindrica. Fab. Syst. Ent. 185. 6. Sp. Ins. i.*

*232. 7. Mant. i. 148. 10. Ent. Syst. i. b. 310. 14.*

*Payk. Faun. Suec. iii. 74. 5. Laich. ii. 49. 12. Faun.*

*Ingr. 280.*

*Oliv. iv. 68. 23. 26. t. ii. f. 11.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat intra *Coryli* lignum. *Linn. Ex mus. D. Hill.*

DESCR. Corpus minus, atrum, opacum, punctis minimis sparsis, cavis. Thorax cylindricus, lineâ longitudinali albidâ. Antennæ longitudine corporis. Pedum tibiæ et dimidia pars femorum anterioris paris ferruginea. *Faun. Suec.*

Antennæ vix corpore longiores. *Syst. Nat.*

*oculatus.* 12. Cer. thorace luteo : punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris, antennis mediocribus.

*Linn. Syst. Nat.* 633. 60. *Faun. Suec.* 664. *Vill.* i. 242. 48. *Schrank*, 269. *Gmel.* 1841. 60.

*Mart. Eng. Ent.* t. 26. f. 26. *De Geer*, v. 74. II. t. 3. f. 20. *Hofn. Ins.* t. 13. *Voet.* ii. t. 18. f. 81. *Schæff. Icon.* t. 128. f. 4.

*Leptura oculata.* *Scop.* 152. *Harr.* 344.

*Saperda oculata.* *Fab. Syst. Ent.* 184. 3. *Sp. Ins.* i. 231. 4. *Mant.* i. 147. 6. *Ent. Syst.* i. b. 308. 8. *Panz. Ent. Germ.* 257. 3. *Payk. Faun. Suec.* iii. 72. 2. *Laich.* ii. 42. 8. *Faun. Ingr.* 279.

*Oliv.* iv. 68. 19. 20. t. 1. f. 4. *Panz. Faun. Germ.* i. t. 18.

Long. corp. 8 lin.

Habitat in sylvis. *Linn.* Captus in Insulâ Eliensi, mense Augusto. *D. Curtis.*

DESCR. Corpus testaceum uti abdomen et pedes. Thorax cylindricus, a dorso punctis duobus nigris. Antennæ longitudine corporis. *Faun. Suec.*

*nubilus.* 13. Cer. nigro-ferrugineoque varius, elytris punctatis : maculâ marginali cinerâ, antennis mediocribus.

*Gmel.* 1832. 72.

*Oliv.* iv. 67. 109. 146. t. 3. f. 15. *Schæff. Icon.* t. 55. f. 4.

*Lamia nebulosa.* *Fab. Sp. Ins.* i. 218. 13. *Mant.* i. 137. 15. *Ent. Syst.* i. b. 277. 38. *Faun. Etrusc.* 367. *Hellw.* 367. *Panz. Ent. Germ.* 250. 5.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus nigro ferrugineoque lineato varium. Antennæ longitudine corporis, nigræ, articulis basi cinereis. Thorax rotundatus, inermis, ferrugineus, nigro-lineatus. Elytra punctata, ferrugineo-fuscoque

fuscoque varia, maculâ magnâ cinereâ in medio marginis exterioris.

14. Cer. thorace fusco, elytris flavis apice nigris, *præustus*.  
antennis mediocribus.

*Scrank*, 275. *Gmel.* 1842. 223.

*Leptura præusta*. *Linn. Syst. Nat.* 641. 24. *Faun. Suec.* 698. *Vill.* i. 271. 27. *Harr.* 350.

*Mart. Eng. Ent. t.* 28. f. 12. *Schæff. Icon. t.* 52. f. 8.

La Lepture noire à étuis jaunes. *Geoff.* i. 209. 4.

*Saperda præusta*. *Fab. Syst. Ent.* 187. 16. *Sp. Ins.* i. 235. 25. *Mant.* i. 150. 37. *Ent. Syst.* i. b. 317. 48.

*Panz. Ent. Germ.* 259. 19. *Payk. Faun. Suec.* iii. 79. 12. *Laich.* ii. 54. 14. *Oliv.* iv. 68. 33. 43.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus pubescens. Antennæ ferè corporis longitudine, nigræ. Caput et thorax atra, nitida. Elytra obtusa, et ferè truncata, punctulatissima, flava, apicibus nigris. Pedes duo antici flavescens; quatuor postici femoribus nigris, tibiis tarsisque flavescens.

\*\*\*\* *Thorace inermi, subrotundo, sive exgloboso depresso.*

15. Cer. thorace pubescente, corpore violaceo, *violaceus*.  
antennis mediocribus.

*Linn. Syst. Nat.* 635. 70. *Faun. Suec.* 667. *Vill.* i.

247. 71. *Scrank*, 277. *De Geer*, v. 88. 24. - *Poda*,

36. 18. *Faun. Fred.* 13. 130. *Gmel.* 1848. 70.

*Donov. Brit. Ins. t.* 64. f. 1. *Mart. Eng. Ent. t.* 25.

f. 15. *Frisch.* 12. t. 3. *Trans. Linn. Soc.* v. 257.

t. 12. *Roem. Gen. Ins. tab. front. f.* 2.

*Leptura violacea*. *Harr.* 382.

*Leptura*. *Schæff. Icon. t.* 4. f. 13.

*Callidium violaceum*. *Fab. Syst. Ent.* 188. 4. *Sp. Ins.*

i. 237. 5. *Mant.* i. 152. 8. *Ent. Syst.* i. b. 320. 9.

*Panz. Ent. Germ.* 261. 5. *Laich.* ii. 72. 7. *Payk.*

*Faun. Suec.* iii. 90. 11.

*Oliv.*

*Oliv.* iv. 70. 16. 18. t. I. f. 2. *Panz. Faun. Germ.*  
70. t. 4. *Faun. Ingr.* 285.

Long. corp. 6—8 lin.

Habitat in lignis exsiccatis.

DESCR. Totum corpus supra subpilosum, e violaceo nitens, colore aureo et sericeo superbit. Antennæ corpore fermè breviores, atro-violaceæ, apice nigræ, subtomentosæ. Thorax elytris obscurior, planiusculus, punctis contiguis excavatus. Scutellum medio depressum. Elytra planiuscula, vix marginata, excavato-punctata, apice rotundata, humeris gibbis. Sternum violaceum. Abdomen nigrum. Pedes atri, interdum atro-violacei, femoribus clavatis.

*Variat* totus supra virescens.

*testaceus.* 16. Cer. thorace glabro, corpore testaceo, antennis mediocribus.

*Linn. Syst. Nat.* 635. 75. *Faun. Suec.* 670. *Vill.* i.  
249. 74. *Gmel.* 1850. 75. *De Geer*, v. 93. 30.

*Mart, Eng. Ent. t.* 26. f. 23.

La Lepture livide à corcelet lisse. *Geoff.* i. 218. 18.

*Schæff. Icon. t.* 64. f. 6.

Callidium testaceum. *Fab. Syst. Ent.* 190. 13. *Sp. Ins.*  
i. 239. 17. *Mant.* i. 153. 26. *Ent. Syst.* i. b. 326. 36.  
*Panz. Ent. Germ.* 262. 12.

*Oliv.* iv. 70. 15. 17. t. I. f. 11.

Long. corp.  $5\frac{2}{3}$  lin.

Habitat in sylvis.

DESCR. Antennæ breviores, rufæ. Thorax testaceus, glaber, punctis quatuor elevatis, quadratim positis. Elytra testacea, punctulata, lineâ elevatâ unicâ. Pedes rufi, femorum clavâ fuscâ.

*bajulus.* 17. Cer. niger, thorace villosus: tuberculis duobus, antennis brevibus.

*Linn. Syst. Nat.* 636. 76. *Faun. Suec.* 672. *Vill.* i.  
249. 75. *Schrank*, 281. *Gmel.* 1851. 76. *Faun.*

*Fred.* 13. 131. *Poda*, 36. 15.

*Mart.*

*Mart. Eng. Ent. t. 24. f. 1—5.*

*Cerambyx caudatus. De Geer, v. 86. 22.*

*Leptura bajula. Scop. 156. Harr. 381.*

*Schæff. Icon. t. 64. f. 4. 5. t. 68. f. 1. Elem. t. 76. f. 4.*

*Callidium bajulum. Fab. Syst. Ent. 187. 1. Sp. Ins. i. 236. 1. Mant. i. 151. 2. Ent. Syst. i. b. 318. 2.*

*Panz. Ent. Germ. 260. 1. Payk. Faun. Suec. iii. 85. 6. Laich. ii. 65. 5. Faun. Ingr. 283.*

*Oliv. iv. 70. 7. 5. t. 3. f. 30. a. b. Panz. Faun. Germ. 70. t. 1.*

Long. corp. 5—7 lin.

Habitat in lignorum acervis.

DESCR. Totus niger est, cum cineritiei mixturâ. Corpus totum scabrum, vel inæquale, punctis prominulis inordinatis, et pilis cinereis vagis. Thorax verò totus hirsutus, cinereus, sive niger, pilis albis, et duobus a tergo punctis prominulis glabris, quibus ab omnibus differt. Antennæ nigræ, parvæ, corpore dimidio breviores. Oculi in quibusdam deaurati. Pedes nigri: tibiæ duplici spinâ terminatæ. In dorso elytrorum fascia alba, undulata, sed obsoleta, ut vix visibilis sit. Elytra flexilia. Femora clavata. *Faun. Suec.*

18. Cer. thorace nigro villosocinereo: lineolis *similis*. duabus glabris, elytris testaceis, antennis brevibus.

*Cerambyx bajulus var. β. Linn. Faun. Suec. 672.*

*Schæff. Icon. t. 64. f. 5. Voet. ii. t. 22. f. 112.*

*La Lepture brune à corcelet rhomboidale. Geoff. i. 218. 17.*

*Callidium Linnæanum. Laich. ii. 69. 6.*

Long. corp. 6—10 lin.

Habitat ———

DESCR. Facies antecedentis. Antennæ corpore breviores, testaceæ. Thorax villosus, cinereus, sive niger pilis albis, a tergo punctis duobus, oblongis, glabris. Elytra testacea, antennis pallidiora, punctis excavata, non tamen striata. Femora nigra. Oculi aurati. Antennæ

Antennæ pilis adpersæ, tertio articulo longissimo. Sæpè fasciâ albâ obsoletâ in dorso ; hinc adfinitas cum præcedente summa. *Faun. Suec.*

*sanguineus.* 19. *Cer. niger*, thoracis dorso elytrisq̄ sanguineis, antennis mediocribus.

*Linn. Syst. Nat.* 636. 80. *Faun. Suec.* 673. *Vill.* i. 252. 79. *De Geer*, v. 92. 29. *Schrank*, 284. *Poda*, 36. *Gmel.* 1855. 80.

La Lepture veloutée couleur de feu. *Geoff.* i. 220. 21.

*Callidium sanguineum.* *Fab. Syst. Ent.* 190. 2. *Sp. Ins.* i. 238. 16. *Mant.* i. 153. 25. *Ent. Syst.* i. b. 326. 35. *Laich.* ii. 59. 3. *Panz. Ent. Germ.* 262. 11. *Payk. Faun. Suec.* iii. 89. 10. *Faun. Ingr.* 288.

*Oliv.* iv. 70. 14. 15. t. I. f. 1. 6.

Long, corp. 5 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Donovan.*

DESCR. Simillimus *Cer. bajulo*, sed thorax magis depressus, ater, et thorax suprâ, scutellum, elytra et anus sanguinea, holosericea, tomento vix conspicuo. *Syst. Nat.*

*fennicus.* 20. *Cer. thorace subferrugineo*: tuberculis obsoletis, elytris violaceis, antennis longiusculis.

*Linn. Syst. Nat.* 636. 77. *Faun. Suec.* 674. *Vill.* i. 250. 76. *Schrank*, 282. *Udd. Diss.* 33. *Gmel.* 1851. 77. *Mart. Eng. Ent.* t. 25. f. 16.

*Leptura fennica.* *Harr.* 383.

*Leptura.* *Schæff. Icon.* t. 4. f. 12. t. 69. f. 1. mas. t. 64. f. 6. fem.

La Lepture noire à corcelet rougeâtre. *Geoff.* i. 219. 19.

*Callidium fennicum.* *Fab. Syst. Ent.* 188. 2. *Sp. Ins.* i. 236. 2. *Mant.* i. 151. 3. *Ent. Syst.* i. b. 319. 3. *Panz. Ent. Germ.* 260. 2. *Faun. Ingr.* 284.

*Panz. Faun. Germ.* 70. t. 12. *Oliv.* iv. 70. 20. 25. t. 1. f. 9.

Long, corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR.



DESCR. Antennæ rufæ, articulis primoribus apice fuscis. Caput violaceum. Palpi rufi Thorax rufus; vel ferrugineus, tuberculis duobus obsoletis. Elytra violacea. Pectus rufum. Abdomen nigrum, apice rufo. Pedes rufi, femoribus clavatis, clavis fuscis.

21. Cer. rufo-fuscus, antennis longitudine cor-*minutus*.  
poris.

Gmel. 1842. 225.

An Cerambyx pygmæus. *De Geer*, v. 80. 17. t. 4. f. 5?  
Saperda minuta. *Fab. Sp. Ins.* i. 235. 27. *Mant.* i.  
150. 39.

*Oliv.* iv. 68. 41. 53. t. 3. f. 31. a. b.

Callidium pygmæum. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 323. 24.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Media inter cylindricos et subrotundos. Totum corpus suprâ unicolor, rufo-fuscum. Abdomen subtùs nigrum, nitidum. Elytra medio longitudinaliter angulatim elevata. Femoribus clavatis.

\*\*\*\*\* *Thorace inermi, subgloboso, nec depresso.*

22. Cer. thorace tomentoso, elytris fusco-cinereis *mysticus*.  
anticè rufis: fasciis linearibus arcuatis latèque  
canis.

Gmel. 1855. 290.

Cerambyx albo-fasciatus. *De Geer*, v. 82. 19.

Cerambyx quadricolor. *Scop.* 177.

Leptura mystica. *Linn. Syst. Nat.* 639. 18. *Faun. Suec.*  
693. *Vill.* i. 267. 21. *Harr.* 358.

*Don. Brit. Ins.* t. 84. f. 2. *Schæff. Icon.* t. 2. f. 9.

La Lepture à raies blanche. *Geoff.* i. 215. 12.

Callidium mysticum. *Fab. Syst. Ent.* 194. 34. *Sp. Ins.*

i. 244. 45. *Mant.* i. 156. 61. *Ent. Syst.* i. b. 337.

81. *Panz. Ent. Germ.* 267. 36. *Payk. Faun. Suec.*

iii. 98. 20.

*Oliv.* iv. 70. 50. 68. t. 1. f. 14.

Clytus mysticus. *Laich.* ii. 107. 7.

Long. corp.  $7\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum. Elytra basi ferè ad medium ferruginea; lineæ aliquot niveæ concurrunt in angulum acutum, ad suturam dorsalem; ante apicem fascia albidâ. *Faun. Suec.*

*Alni.*

23. *Cer. niger*, elytris fasciis duabus albis, elytrorum basi antennis tibiisque ferrugineis.

*Gmel.* 1855. 293.

*Leptura Alni.* *Linn. Syst. Nat.* 639. 19. *Vill.* i. 268. 22.

*Mart. Eng. Ent. t.* 28. *f.* 14.

*Callidium Alni.* *Fab. Syst. Ent.* 195. 35. *Sp. Ins.* i. 245.

46. *Mant.* i. 157. 64. *Ent. Syst.* i. b. 338. 86. *Panz.*

*Ent. Germ.* 267. 33. *Payk. Faun. Suec.* iii. 100. 22.

*Oliv.* iv. 70. 53. 72. *t.* 2. *f.* 16. b.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis *Cer. mystico*, sed octies minor. Elytra basi ferruginea, medio fasciâ lineari arcuatâ, albâ; posticè lineâ albâ obliquè transversâ. *Syst. Nat.*

*arcuatus.*

24. *Cer. niger*, elytris fasciis linearibus flavis; tribus retrorsùm arcuatis, antennis ferrugineis.

*Gmel.* 1853. 279.

*Leptura arcuata.* *Linn. Syst. Nat.* 640. 21. *Faun. Suec.*

696. *Vill.* i. 269. 24. *Harr.* 352. *Schrank,* 308.

*Don. Brit. Ins. t.* 84. *f.* 1. *Mart. Eng. Ent. t.* 27.

*f.* 2. 3. *Schæff. Icon. t.* 38. *f.* 6. *t.* 107. *f.* 3. *Voet.*

ii. *t.* 19. *f.* 89 et 92.

La Lepture à croissans dorés. *Geoff.* i. 212. 10.

*Callidium arcuatum.* *Fab. Syst. Ent.* 192. 26. *Sp. Ins.*

i. 241. 35. *Mant.* i. 155. 50. *Ent. Syst.* i. b. 333. 64.

*Panz. Ent. Germ.* 265. 25. *Payk. Faun. Suec.* iii.

95. 17. *Faun. Ingr.* 289.

*Panz. Faun. Germ.* 4. *t.* 14. *Oliv.* iv. 70. 35. 48. *t.* 3.

*f.* 37. a. b.

*Clytus arcuatus.* *Laich.* ii. 95. 3.

Long.

Long. corp. 8—9 lin.

Habitat in ligno quercino.

DESCR. Antennæ et pedes postici ferruginei. Corpus atrum. Caput lineâ flavâ anticè, et inter antennas et ad basin. Thorax anticè lineâ flavâ, et duabus in medio ad latera. Puncta lutea; unum elytris commune ad basin; dein unum utrinque; tum unum commune majus; demum punctum cum lineolâ; tandem arcus in singulo elytro et dein arcus communis; ultimo apices elytrorum lunulâ luteâ terminati. *Faun. Suec.* Fascia thoracis lutea interrupta. Femora anteriora fusca. Punctum scutellare flavum. *Syst. Nat.*

25. Cer. niger, elytris fasciis flavis; secundâ ant- *Arietis.*  
trorsum arcuatâ, pedibus ferrugineis.

*Gmel.* 1853. 280.

Cerambyx 4-fasciatus. *De Geer*, v. 81. 4.

Leptura Arietis. *Linn. Syst. Nat.* 640. 23. *Faun. Suec.* 695. *Vill.* i. 270. 26. *Harr.* 353. *Schrank*, 307. *Poda*, 39. 11.

*Schæff. Icon.* t. 38. f. 7. 8. t. 107. f. 3. *Don. Brit. Ins.* t. 27. *Mart. Eng. Ent.* t. 27. f. 4.

La Lepture à trois bandes dorées. *Geoff.* i. 214. 11.

Callidium Arietis. *Fab. Syst. Ent.* 193. 27. *Sp. Ins.* i. 242. 36. *Mant.* i. 155. 51. *Ent. Syst.* i. b. 333. 65. *Panz. Ent. Germ.* 265. 26. *Payk. Faun. Suec.* iii. 96. 18. *Faun. Ingr.* 290.

*Panz. Faun. Germ.* 4. t. 15. *Oliv.* iv. 70. 36. 49. t. 2. f. 20.

Long. corp. 7 lin.

Habitat in pratis inter arbores, et in hortis.

DESCR. Totus fusco-niger, oblongus, angustus. Thorax margine superiore flavus est. Scutellum ubi elytra conjunguntur puncto flavo notatur. Ad angulos elytrorum macula oblonga, transversa, in utroque elytro, quæ ambæ non coeunt: in medio elytri utriusque est linea flava, arcuata, flexurâ deorsum spectante, pede interiore versus suturam cum oppositâ ferè coeunte, hinc figura arietis; intra hanc et apicem linea transversa flava cum oppositâ connexa; apex elytrorum fla-

vus, ut et anus. Caput, thorax et elytra villis tenuissimis tecta sunt. Elytra apice truncata, licet extus præ pili- vix conspicuè. Pedes rufescentes; tibiæ spinâ terminatæ. Antennæ rufescentes, supernè fuscæ. Alæ, dum parùm dehiscunt elytra, aurato-purpurea lucent. Lineæ 4 flavæ sub abdomine. *Faun. Suec.*

---

## 29. LEPTURA.

*Antennæ setacææ.*

*Caput exsertum.*

*Oculi rotundi, sive ovales, nec antennas amplectentes.*

*Thorax teretiusculus, anticè attenuatus.*

*Elytra apicem versus attenuata.*

*Corpus oblongum.*

\* *Thorace spinoso, vel dentato.*

\*\* *Thorace inermi.*

---

\* *Thorace spinoso, vel dentato.*

*meridiana.* i. *Lep. nigra, elytris subfastigiatis abdomineque apice testaceis, pectore nitenti.*

*De Geer, v. 130. 5. Fab. Ent. Syst. i. b. 341. 11. Panz. Ent. Germ. 269. 7. Payk. Faun. Suec. iii. 104. 4.*

*Panz. Faun. Germ. 45. t. 20.*

*Cerambyx meridianus. Linn. Syst. Nat. 630. 47. Faun. Suec. 648. Gmel. 1861. 47. Vill. i. 233. 17. Harr. 330. Schrank, 257.*

*Mart. Eng. Ent. t. 25. f. 11. 12. Schæff. Icon. t. 3. f. 13. t. 79. f. 7. t. 82. f. 4? t. 83. f. 2. t. 279. f. 3.*

*Stenocorus meridianus. Fab. Syst. Ent. 178. 1. Sp. Ins. i. 225. 1. Mant. i. 143. 1. Laich. ii. 133. 2.*

*Oliv. iv. 69. 18. 11. t. 1. f. 2. b. t. 3. f. 2. c.*

Long.

LEPTURA.



*L. meridiana.*



Long. corp. 1 unc.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ, basi rufæ. Frons apice palpique rufi. Thorax niger, fulvo-subvillosus, utrinque dente obtuso armatus, lineâ intermediâ longitudinali exaratus. Scutellum nigrum, fulvo-villosum. Elytra rufo-testacea, versus apicem attenuata, obliquè truncata, lineis tribus obsolete elevatis. Corpus subtùs nigrum, aureo tomento villosum, abdominis tribus ultimis segmentis rufo-maculatis. Pedes rufo-testacei, geniculis nigris.

Fœmina tota nigra, tomento aureo suprâ rariùs, subtùs præsertim pectore confertiùs conspersa.

An Cerambyx Chrysogaster. *Schrank*, 252?

2. Lep. nigra, elytris pedibus abdomineque toto *rufiventris*. testaceis, pectore nitenti.

Long. corp. 8 lin.

Habitat ———

DESCR. Præcedenti simillima, sed longè minor. Antennæ testaceæ, articulis intermediis apice nigris. Caput et thorax obscure nigra, aureo-villosa, lineâ intermediâ longitudinali exarata; thorax tuberculo utrinque armatur. Elytra rufo-testacea, lineis elevatis tribus obsolete. Pectus tomento aureo-virens. Pedes rufo-testacei, geniculis nigris.

Sexus alter elytris fuscis, et omninò obscurior.

3. Lep. elytris nebulosis fusco subfasciatis, an-*inquisitor*. tennis brevioribus.

*De Geer*, v. 126. 1. t. 4. f. 7.

Cerambyx inquisitor. *Linn. Syst. Nat.* 630. 49. *Faun.*

*Suec.* 659. *Gmel.* 1845. 49. *Poda*, 33. 8. *Harr.* 331.

*Act. Nidros.* iii. 392. 11. *Faun. Fred.* 13. 128. *Vill.*

i. 234. 19. *Schrank*, 258.

*Schæff. Icon.* t. 83. f. 3.

Rhagium inquisitor. *Fab. Syst. Ent.* 182. 1. *Sp. Ins.*

i. 229. 1. *Mant.* i. 145. 2. *Ent. Syst.* i. b. 304. 2.

*Panz. Ent. Germ.* 254. 2. *Payk. Faun. Suec.* iii.

66. 1. *Laich.* ii. 125. 5. *Faun. Ingr.* 274.

*Mart. Eng. Ent. t. 25. f. 19.*

*Stenocorus inquisitor. Oliv. iv. 69. 9. 2. t. 2. f. 11.*

*Le Stencore noir velouté de jaune. Geoff. i. 223. 2.*

Long. corp. 9 lin.

Habitat passim in sylvis. *Faun. Suec.*

DESCR. Caput vellere cinereo punctisque vix conspicuis nigris sub vellere; pone oculos versus pectus nigrum; punctum pone antennas nigrum. Antennæ cinereæ, undecim articulis corpore dimidio breviores, antrorsum protensæ: tibiæ ad apicem duabus spinis armantur. Thorax cinereus, margine laterali nigro, in cujus medio mucro niger. Linea nigricans longitudinalis thoracis in medio tergi. Elytra oblonga, arcta, striis tribus longitudinalibus, elevatis, nitidiusculis: cæteroquin nebulosa sunt elytra ob maculas nigricantes temerè sparsas; (et in quibusdam fascia duplex transversa nigra lateribus testacea.) Totum corpus alias cinereum, nigro nebulosum, qui cinereus color a pilis minutissimis, ad cervinum colorem accedentibus, oritur. *Faun. Suec.*

*bifasciata.* 4. *Lep. elytris fuscis, fasciis duabus obliquis abbreviatis flavis.*

*Cerambyx inquisitor, var. β. Linn. Syst. Nat. 631. 49.*

*Faun. Suec. 659. Harr. 332.*

*Schæff. Icon. t. 2. f. 10. ? t. 8. f. 3. Elem. t. 118. f. 1.*

*Cerambyx anglicus. Gmel. 1844. 237.*

*Rhagium bifasciatum. Fab. Syst. Ent. 183. 3. Sp. Ins.*

*i. 230. 4. Mant. i. 146. 7. Ent. Syst. i. b. 305. 7.*

*Panz. Ent. Germ. 255. 7. Faun. Ingr. 276.*

*Donov. Brit. Ins. t. 94. f. 1. Mart. Eng. Ent. t. 25. f. 18.*

*Rhagium Linnei. Laich. ii. 122. 4.*

*Stenocorus bifasciatus. Oliv. iv. 69. 11. 4. t. 1. f. 6. t. 2. f. 14.*

Long. corp. 8—10 lin.

Habitat in sylvis.

DESCR. Statura *Lep. inquisitoris*. Antennæ ferrugineæ, primo articulo nigræ, corpore breviores. Caput atrum, canaliculatum, posticè gibbum. Thorax rotundatus niger,



niger, subcanaliculatus, spinâ validâ utrinque armatus. Elytra fasciis duabus obliquis flavis, quæ tamen margines haud attingunt. Pedes nigri, femorum basi tibiisque rufis. *Syst. Ent.*

5. Lep. nigro-ænea, elytris flavis: basi lineisque tribus longitudinalibus interruptis nigris. *nigro-lineata.*

*Don. Brit. Ins. t. 353. f. 1.*

Long. corp. 10 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Francis.*

DESCR. Antennæ nigræ. Caput et thorax nigro-ænea. Scutellum griseum. Elytra flava, maculâ magnâ scutellari, suturâ et lineis elevatis tribus longitudinalibus interruptis nigris. Corpus subtùs nigrum, argenteo-villosum. Pedes picei.

6. Lep. nigra, elytris flavis basi atro-cæruleis: maculâ lunatâ marginali ferrugineâ nigro-cinctâ. *bimaculata.*

Long. corp. 9 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Francis.*

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Caput et thorax nigra. Scutellum flavum. Elytra flava, maculâ scutellari et suturâ nigris; in medio ad marginem macula lunaris ferruginea cincta lineolâ undulatâ nigrâ, et macula altera oblonga prope suturam juxta apicem. Corpus subtùs nigro-ferrugineum. Pedes ferruginei, femoribus apice nigris.

7. Lep. nigra, elytris flavo-fasciatis: apice maculisque duabus marginalibus ferrugineis. *dorsalis.*

Long. corp. maris 8 lin.

————— fœm. 10 lin.

Habitat ——— Capta prope Manchester. *D. Phillips.*

DESCR. Antennæ breves, subferrugineæ. Caput nigro-æneum, oculis ferrugineis. Thorax rotundatus, nigro-æneus, utrinque spinâ acutâ recurvâ. Scutellum ferrugineum.

ferrugineum. Elytra punctato-rugosa, basi et apicem versus nigro-ænea; apex autem ipse ferrugineus. Margines etiam maculis duabus ferrugineis confluentibus inficiuntur, quarum altera humerorum locum occupat, altera vero media est: hæc posticè punctum nigrum gerit. Pedes ferruginei, femoribus apice nigris.

\*\* *Thorace inermi.*

*micans.*

8. Lep. elytris violaceo micantibus, femoribus posticis bidentatis, tibiis omnibus simplicibus.

Leptura aquatica, var.  $\beta$ . *Linn. Syst. Nat.* 637. 1. *Faun. Suec.* 677.

*Mart. Eng. Ent. t.* 28. *f.* 16. 17.

Leptura aquatica spinosa. *De Geer*, v. 140. 18. *t.* 4. *f.* 14. 15.

Donacia micans. *Hoppe Ins. Erlang.* 39. 1. *f.* 1.

Donacia crassipes. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 115. 1. *Payk. Faun. Suec.* ii. 191. 4.

Le Stencore doré, var.  $\delta$ . *Geoff.* i. 229. 12.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in plantis aquaticis æstate.

DESCR. Antennæ nigrescentes; articulorum apices subtestacei. Caput læve, lineâ longitudinali in medio. Thorax viridis, impunctatus, canaliculatus, lateribus anticis prominulis. Elytra plana, punctato-striata, viridi-violacea, apice subtruncata. Corpus subtus cinereo-villosum. Pedes testacei: femora postica clavata, bidentata; dentes æquales recti: tibiæ posticæ simplices. *Hoppe.*

*fasciata.*

9. Lep. elytris viridibus; lineâ longitudinali mediâ coccineâ, abdomine pedibusque aureis.

*Gmel.* 1866. 18.

Leptura aquatica fasciata. *De Geer*, v. 142. 20.

Donacia fasciata. *Hoppe Ins. Erl.* 42. 3. *f.* 3.

Donacia dentipes. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 116. 3. *Panz.*

*Ent. Germ.* 214. 3. *Payk. Faun. Suec.* ii. 195. 8.

*Panz. Faun. Germ.* 29. *t.* 5.

Long.

Long. corp. 5 lin.

Habitat in plantis aquaticis, vere.

DESCR. Antennæ nigrescentes. Caput subtilissimè punctatum; lineâ longitudinali in medio. Thorax cylindricus, canaliculatus, punctatus, lateribus anticis tuberculatus. Elytra lacunosa, viridia, fasciâ mediâ longitudinali coccineâ, cum maculâ impressâ aureâ juxta marginem interiorem versus basin, apice rotundata. Corpus subtùs cum pedibus aureo-villosum. Femora postica unidentata. *Hoppe.*

10. Lep. elytris inauratis: margine laterali vit-*vittata.*  
tâque baseos abbreviatâ atro-violaceis.

*Donacia vittata. Panz. Faun. Germ. 29. t. 11.*

*Donacia marginata. Hoppe Ins. Erlang. 42. f. 4.*

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Nymphæâ, Potamogetone.*

DESCR. Caput aureum, nitidulum, inter oculos lineâ impressâ. Antennæ fuscæ, articulo primo maximo. Thorax punctatus, subæqualis, medio lineâ impressâ. Elytra inaurata, opaca, punctato-striata, margine laterali vittaque baseos abbreviatâ atro-violaceis. Corpus subtùs argenteum. Pedes aurei, femoribus posticis clavatis. *Panz.*

11. Lep. elytris viridi-aureis lacunosis apice trun-*Sagittariæ.*  
catis, abdomine pedibusque aureis.

*Donacia Sagittariæ. Fab. Ent. Syst. i. b. 117. 5. Panz.*

*Ent. Germ. 215. 6. Payk. Faun. Suec. ii. 192. 5.*

*Panz. Faun. Germ. 29. t. 7.*

*Donacia aurea. Hoppe Ins. Erl. 43. f. 5.*

Long. corp. 5 lin.

Habitat in *Sagittariâ.*

DESCR. Antennæ nigricantes. Caput æneum, canaliculatum. Thorax rugosus, canaliculatus, lateribus anticis prominulis. Elytra lacunosa, punctato-striata, viridi-aurea, apice attenuata, truncata. Corpus subtùs pedesque

pedesque aureo-villosa. Femora postica unidentata; tarsi nigri. *Hoppe*.

*ænea*. 12. Lep. elytris æneis æqualibus apice rotundatis, abdomine pedibusque æneis.

*Leptura aquatica ænea*. *De Geer*, v. 143. 21.

*Donacia ænea*. *Hoppe Ins. Erlang.* 44. f. 6.

*Donacia impressa*. *Payk. Faun. Suec.* ii. 193. 6.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Tota ænea. Caput lineatum, læve. Thorax cylindricus, canaliculatus, lævis, lateribus anticis tuberculatus. Elytra æqualia, argutè punctato-striata, apice rotundata. Femora postica unidentata; tarsi nigri. *Hoppe*.

*Festucæ*. 13. Lep. elytris violaceis apice rotundatis, abdomine argenteo-villoso.

An *Leptura sericea*? *Linn. Syst. Nat.* 638. 8. *Faun. Suec.* 683.

*Donacia Festucæ*. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 116. 2. *Panz. Ent. Germ.* 214. 2.

*Panz. Faun. Germ.* 29. t. 2.

*Donacia violacea*. *Hoppe Ins. Erl.* 44. f. 7.

*Donacia Nymphææ*, var.  $\beta$ . *Payk. Faun. Suec.* ii. 195. 9.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$ —4 lin.

Habitat in *Festucâ aquaticâ*.

DESCR. Antennæ nigræ. Caput et thorax violacea, canaliculata. Elytra violacea, æqualia, linearia, apice rotundata. Pedes nigri: femora postica unidentata. *Hoppe*.

*discolor*. 14. Lep. elytris æneis nigrisve apice rotundatis, abdomine cinereo-villoso, pedibus rufo-testaceis.

*Donacia discolor*. *Panz. Ent. Germ.* 216. 12.

*Hoppe Ins. Erl.* 45. mas. f. 9. *Panz. Faun. Germ.* 29. t. 3. 4.

Long.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in *Calthæ palustris* floribus. Maio.

DESCR. Antennæ pedesque rubro-testacei. Thorax obsoletè punctatus, tuberculatus. Elytra obsoletè punctato-striata, apice rotundata. Femora incrassata: postica clavata unidentata. *Hoppe*.

15. Lep. elytris cupreis apice rotundatis, abdomine *Nymphææ*. cinereo-villoso, pedibus argenteis.

*Donacia Nymphææ*. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 116. 4. *Panz.*  
*Ent. Germ.* 215. 5. *Payk. Faun. Suec.* ii. 196. 9.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in *Nymphææ* foliis frequens.

DESCR. Reliquis paullo minor. Caput cupreum, antennis oreque nigris. Thorax cylindricus, canaliculatus, anticè utrinque puncto gibbo, prominulo, cupreus, immaculatus. Elytra crenato-striata, cuprea. Corpus totum subtus cum pedibus villis argenteis nitidulum. Femora postica vix incrassata, at unidentata. *Ent. Syst.*

16. Lep. elytris linearibus apice truncatis æneo-*linearis*. nitidulis, pedibus subtestaceis.

*Donacia linearis*. *Hoppe Ins. Erl.* 46. f. 10.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ad piscinas in plantis aquaticis. Maio.

DESCR. Antennæ nigricantes. Caput punctatum, lineatum. Thorax rugosus, canaliculatus. Elytra argutè punctato-striata, linearia, apice truncata. Abdomen cinereo-nitidulum. Pedes subtestacei; femora omnia simplicia.

17. Lep. elytris cinereo-nitidulis apice rotundatis, *Hydrocharis*. corpore pedibusque cinereis.

*Donacia Hydrocharis*. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 118. 10.  
*Panz. Ent. Germ.* 216. 10. *Payk. Faun. Suec.* ii.  
189. 1.

*Panz.*

*Panz. Faun. Germ. 29. t. 17.*

*Donacia cinerea. Hoppe Ins. Erl. 46. f. 11.*

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$ —5 lin.

Habitat in plantis aquaticis, præsertim *Typhis*.  
Maio.

DESCR. Antennæ cinereæ. Caput lineatum. Thorax rugosus, tuberculatus. Elytra cinereo-nitidula, obsolete punctato-striata, apice rotundata. Corpus subtùs pedesque cinerei : femora omnia simplicia. *Hoppe.*

*melano-  
cephala.*

18. Lep. deaurata ænea, capite nigro, elytris liturâ dorsali obscure cupreâ, femoribus rufo-piceis simplicibus.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum. Antennæ fuscæ. Thorax æneus, canaliculatus. Elytra aureo-nitentia, punctato-striata, liturâ dorsali versus apicem cupreâ, apice rotundata. Corpus subtùs nigro-æneum. Femora rufa, apice tibiisque nigro-piceis.

*simplex.*

19. Lep. deaurata ænea, antennis pedibusque rufis, femoribus posticis longissimis muticis.

*Gmel. 1866. 17.*

*Leptura aquatica mutica. De Geer, v. 142. 19.*

*Donacia simplex. Fab. Ent. Syst. i. b. 118. 9. Payk.*

*Faun. Suec. ii. 189. 2. Panz. Ent. Germ. 216. 9.*

*Mart. Eng. Ent. t. 28. f. 15. Panz. Faun. Germ. 29. t. 15.*

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprâ æneum, concolor. Antennæ rufæ. Elytra punctato-striata, nec lacunosa. Corpus subtùs argenteo-villosum. Pedes rufi, femoribus posticis longioribus absque ullo dente.

20. Lep.

20. Lep. fusca, elytris punctato-striatis, ore an-*fusca*.  
tennis pedibusque rufis, femoribus posterioribus  
dente valido armatis.

Gmel. 1867. 86.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus totum fuscum. Elytra punctato-  
striata. Antennæ rufæ. Pedes rufi, femoribus posticis  
dentatis.

21. Lep. abdomine pedibus antennisque rufis, *palustris*.  
elytris atro-æneis punctato-substriatis.

Gmel. 1866. 20.

Donacia palustris. Panz. Ent. Germ. 217. 13.

Panz. Faun. Germ. 29. t. 10.

Long. corp. 6 lin.

Habitat in plantis aquaticis.

DESCR. Caput atro-æneum, subviolaceum, medio fos-  
sulâ impressâ. Antennæ rufæ, articulo primo clavato,  
maximo. Thorax obscure æneus, anticè margine late-  
rali gibbo, medio lineâ exaratâ. Elytra obtusa, atro-  
ænea, punctato-substriata. Pedes rufi, femoribus pos-  
ticis clavatis, in omni sexu dentatis. Corpus subtùs  
rufum. Panz. Faun. Germ.

22. Lep. thorace abdomineque rubris, elytris ni-*collaris*.  
gris.

Linn. Syst. Nat. 639. 16. Faun. Suec. 691. Vill. i.  
267. 19. Scop. 159. Poda, 39. 10. Harr. 360.  
Fab. Syst. Ent. 198. 16. Sp. Ins. i. 249. 23. Mant. i.  
160. 33. Ent. Syst. i. b. 349. 51. Panz. Ent. Germ.  
275. 42. Payk. Faun. Suec. iii. 126. 28. Gmel.  
1875. 16.

Mart. Eng. Ent. t. 27. f. 5. Schæff. Icon. t. 58. f. 9.

Oliv. iv. 73. 27. 36. t. 4. f. 44.

Leptura ruficollis. De Geer, v. 143. 22.

Le Stencore noir à corcelet rouge. *Geoff.* i. 228. 11.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus totum atrum, glaberrimum, sed thorax globosus ferrugineus, ut et abdomen post pedes, a tergo flavum. *Faun. Suec.*

*melanura.* 23. Lep. nigra, elytris rubescentibus lividisve, suturâ apiceque nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 637. 2. *Faun. Suec.* 678. *Vill.* i. 260. 5. *Gmel.* 1868. 2. *Fab. Syst. Ent.* 196. 1. *Sp. Ins.* i. 245. 2. *Mant.* i. 158. 4. *Ent. Syst.* i. b. 340. 5. *Payk. Faun. Suec.* iii. 110. 11. *Faun. Fred.* 14. 136. *Podâ,* 37. 2. *Harr.* 362. *Rai.* 499. *Act. Nidros.* iii. 394. 13. *Faun. Etrusc.* 398. *Hellw.* 398. *Panz. Ent. Germ.* 268. 3.

*Schæff. Icon.* t. 39. f. 8. 9. *Frisch.* 12. t. 3. ic. 6. f. 6. *Panz. Faun. Germ.* 69. t. 19. *Oliv.* iv. 73. 6. 3. t. 1. f. 6. *Mort. Eng. Ent.* t. 27. f. 7.

Le Stencore noir à étuis rougeâtres. *Geoff.* i. 226. 7. t. 4. f. 1.

Lepturâ suturâ nigrâ. *De Geer,* v. 138. 15.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in floribus frequens.

DESCR. Antennæ nigræ, maris corporis longitudine, fœminæ paulo breviores. Caput et thorax nigra, subtilissimè punctulata. Thorax posticè angulis prominulis acutis. Elytra punctulata, attenuato-præmorsa, maris testacea suturâ apiceque tenuissimè nigris, fœminæ rubescentia apice suturâque post basin latè nigris. Corpus subtus et pedes nigra, pube brevissimâ grisescenti, holosericeâ, vix nisi certo respectu ad lumen conspicendâ. Pedes postici corpore longiores.

*revestita.* 24. Lep. testacea, elytris pectore antennisque atris.

*Linn. Syst. Nat.* 638. 6. *Laich.* ii. 153. 10. *Vill.* i. 262. 9. *Gmel.* 1870. 6.

Leptura



*Leptura villica.* *Fab. Syst. Ent.* 196. 3. *Sp. Ins.* i. 246. 5. *Mant.* i. 158. 8. *Ent. Syst.* i. b. 341. 12. *Payk. Faun. Suec.* iii. 113. 14. *Panz. Ent. Germ.* 269. 8. *Vill.* i. 274. 48. *Faun. Etrusc.* 400. *Hellw.* 400. *Gmel.* 1869. 28.

*Panz. Faun. Germ.* 22. t. 13. *Oliv.* iv. 73. 13. 15. t. 2. f. 25. t. 1. f. 10. *Mart. Eng. Ent.* t. 27. f. 1.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Beckwith.*

DESCR. Caput, thorax, abdomen pedesque ferruginea. Elytra glabra, atra, apice bidentata. Pectus atrum. Antennæ atræ, sed primo articulo testaceo. Thorax ad latera utrinque mucrone planè obsoleto, et postico margine laterali acuto. *Linn. Syst. Nat.*

25. *Lep. elytris fastigiatis, corpore nigro nitido, nigra.*  
abdomine rufo.

*Linn. Syst. Nat.* 639. 14. *Faun. Suec.* 689. *Vill.* i. 266. 17. *Fab. Syst. Ent.* 197. 8. *Sp. Ins.* i. 247. 13. *Mant.* i. 159. 40. *Ent. Syst.* i. b. 344. 27. *De Geer,* v. 144. 24. *Payk. Faun. Suec.* iii. 120. 22. *Faun. Etrusc.* 406. *Hellw.* 406. *Panz. Ent. Germ.* 271. 19.

*Mart. Eng. Ent.* t. 27. f. 8. *Schæff. Icon.* t. 39. f. 7. *Panz. Faun. Germ.* 69. t. 18. *Oliv.* iv. 73. 21. 26. t. 3. f. 36. a. b.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Tota nigra, abdomine excepto. Thorax nitidus, utrinque posticè mucronatus, ut in *Lepturâ melanurâ*. Elytra punctulata, fastigiata, apice obliquè truncata, præmorsa. Corpus subtùs pube brevissimâ grisescenti adpersum. Abdomen maris apice rufum, fœminæ totum rufum. Pedes postici corpore longiores.

26. *Lep. nigra, elytris rufescentibus: suturâ apice-lævis.*  
que nigris, pedibus rufis.

*Fab.*

*Fab Ent. Syst.* i. b. 340. 6. *Payk. Faun. Suec.* iii. 128.

31. *Panz. Ent. Germ.* 269. 4.

*Panz. Faun. Germ.* 34. t. 16. *Schæff. Icon.* t. 39. f. 5.

*Oliv.* iv. 73. 34. 50. t. 4. f. 51.

*Leptura tabacicolor.* *De Geer,* v. 139. 17. *Vill.* i.

274. 46.

An *Leptura Chrysomeloides.* *Schrank,* 297 ?

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Maximè affinis *L. melanuræ* quam profectò diceret, nisi pedes rufi aliter suaderent. Antennæ nigrae, articulo primo apice rufo. Caput et thorax nigra, pube grisescenti. Elytra fastigiata, rufescentia, suturâ tenuiter summoque apice nigris. Corpus subtus nigrum, pubescens, pube grisescenti.

*livida.*

27. *Lep. nigra,* elytris rufescentibus immaculatis.

*Fab. Gen. Ins. Mant.* 233. *Sp. Ins.* i. 246. 3. *Mant.* i.

158. 5. *Ent. Syst.* i. b. 340. 7. *Panz. Ent. Germ.*

269. 5. *Faun. Etrusc.* 399. *Hellw.* 399. *Gmel.*

1869. 26.

*Oliv.* iv. 73. 33. 49. t. 4. f. 50. *Mart. Eng. Ent.*

t. 28. f. 13. *Herbst. Arch.* t. 26. f. 23.

*Leptura nigripes.* *De Geer,* v. 136. 12. *Payk. Faun.*

*Suec.* iii. 121. 23. *Vill.* i. 274. 45. *Gmel.* 1874. 60.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus villosum, nigrum. Antennæ filiformes, extrorsum potius crassiores. Thorax ut in *Lep. melanurâ* punctis impressis numerosis. Elytra rubescentia, immaculata, obtusa, vix attenuata, apice rotundata. Pedes nigri.

*femorata.*

28. *Lep. nigro-viridis tomentosa,* antennis rubro nigroque variis.

*Fab. Mant.* i. 159. 17. *Ent. Syst.* i. b. 343. 24. *Payk.*

*F un. Suec.* iii. 127. 29. *Panz. Ent. Germ.* 271. 17.

*Gmel.* 1870. 34.

*Oliv.*

*Oliv.* iv. 73. 31. 44. t. 2. f. 15. a. b. t. 4. f. 15. c.  
Le Stencore noir à cuisses rouges. *Geoff.* i. 227. 10.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ  $\frac{2}{3}$  corporis æquant, rufæ, articulis nigris. Totum corpus atro-virens, sericeum. Elytra punctatissima. Pedes duo antichi rufi, femoribus apicem versus extus nigris; duo intermedii rufi, geniculis nigris; postici nigri, femoribus basi rufis; in omnibus tarsi nigri.

29. *Lep. atra*, elytris luteis apice nigris.

*affinis.*

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Maximè affinis *Lep. melanuræ*, sed abundè differt, magnitudine triplo majori, tum suturâ elytrorum immaculatâ, nec nigrâ. Præter elytra, quæ apice nigra sunt, totum corpus aterrimum. Animal hoc omninò pilis nigris, vel luteis, pro colore artuum obvestitur.

30. *Lep. nigra*, coleoptris testaceis: maculis octo 6-maculata. nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 638. II. *Faun. Suec.* 686. *Vill.* i. 264. 14. *Gmel.* 1871. II. *Fab. Syst. Ent.* 197. 11. *Sp. Ins.* i. 248. 16. *Mant.* i. 160. 26. *Ent. Syst.* i. b. 346. 37. *Panz. Ent. Germ.* 272. 26. *Payk. Faun. Suec.* iii. 123. 25. *De Geer*, v. 133. 9.

*Panz. Faun. Germ.* 69. t. 21. *Oliv.* iv. 73. 26. 35. t. 4. f. 43. *Mart. Eng. Ent.* t. 28. f. 22. *Don. Brit. Ins.* t. 353. f. 2.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ——— Capta prope Barnstaple. *Miss Hill.*

DESCR. Nigra, thorax autem vellere subfulvo obtegitur. Coleoptra testacea maculis octo notantur. Utrumque scilicet elytrum quatuor exhibet; duas ad basin, quarum una ovata ad suturam minor, altera hinc parallela

rallela ad marginem major sublunata; tertiam marginalem magnam ad medium elytri; quartam ad apicem. Macula apicis marginem ipsum inficit, cætera non item. In quibusdam maculæ ovatæ ad basin elytrorum suturæ adnexæ, simul coeunt in unam, hinc coeleoptra clausa sex-maculata videntur. Abdomen subtus vellere fulvo sive cinereo. Pedes nigri.

*4-fasciata.* 31. Lep. nigra, elytris testaceis: fasciis quatuor dentatis nigris, pedibus atris.

*Linn. Syst. Nat.* 639. 12. *Faun. Suec.* 687. *Vill.* i. 265. 15. *Gmel.* 1871. 12. *Fab. Syst. Ent.* 198. 13. *Sp. Ins.* i. 248. 19. *Mant.* i. 160. 29. *Ent. Syst.* i. b. 348. 44. *Panz. Ent. Germ.* 273. 31. *Poda,* 28. 4. *Harr.* 374. *Payk. Faun. Suec.* iii. 114. 15. *Laich.* ii. 143. 6. *Faun. Etrusc.* 401. *Hellw.* 401. *Schæff. Icon. t.* 59. *f.* 6. *Mart. Eng. Ent. t.* 27. *f.* 9. *Leptura octo-maculata. De Geer,* v. 132. 8. *t.* 4. *f.* 11.

Long. corp.  $6\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus totum nigrum, ut et elytra quæ maculis ferrugineis quatuor parium insigniuntur, quarum intermediæ undulatæ sunt. Thorax posticè complicatus quasi est: vel, si mavis, elytra testacea, fasciis quatuor nigris undulatis transversis, ultimâ terminatrice. *Faun. Suec.*

Fœminam sequentis esse monet. *D. Scopoli.*

*attenuata.* 32. Lep. elytris fastigiatis attenuatis fulvis: fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis.

*Linn. Syst. Nat.* 639. 13. *Faun. Suec.* 688. *Vill.* i. 266. 16. *Gmel.* 1871. 13. *Fab. Syst. Ent.* 198. 12. *Sp. Ins.* i. 248. 18. *Mant.* i. 160. 28. *Ent. Syst.* i. b. 346. 40. *Panz. Ent. Germ.* 273. 27. *Poda,* 28. 5. *Harr.* 373. *Payk. Faun. Suec.* iii. 116. 18. *Laich.* ii. 150. 9. *Faun. Etrusc.* 407. *Hellw.* 407. *Oliv.* iv. 70. 17. 20. *t.* 1. *f.* 8. *Schæff. Icon. t.* 39. *f.* 6. *t.* 65. *f.* 11.

Long.

Long. corp. lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus posticè valdè attenuatum. Caput, thorax, pectus nigra. Abdomen ferrugineum, apice nigro. Elytris fasciis quatuor flavis, totidemque nigris.  
*Faun. Suec.*

Femora postica apice nigra. *Syst. Nat.*

An præcedentis mas?

33. Lep. nigra, thorace subdentato, coleoptris *elongata*. flavis: fasciis quatuor nigris; anteriore punctatâ, secundâ interruptâ.

*De Geer*, v. 134. 10. *Faun. Etrusc. Mant.* 133. *Hellw. Mant.* 133. *Linn. Faun. Suec.* 2275.

*Donov. Brit. Ins. t.* 81. f. 4. *Mart. Eng. Ent. t.* 27. f. 10. *Schæff. Icon. t.* 58. f. 10.

*Leptura armata. Gmel.* 1872. 44.

*Fues. Arch.* 140. 5. t. 26. f. 24. mala.

Le Stencore noir à bandes noires. *Geoff. i.* 224. 5.

Mas. *Leptura calcarata. Fab. Ent. Syst. i. b.* 347. 41.

*Payk. Faun. Suec. iii.* 114. 16. *Panz. Ent. Germ.* 273. 28.

*Oliv. iv.* 73. 14. 17. t. 1. f. 1. b.

Fœmina. *Lept. subspinoso. Fab. Ent. Syst. i. b.* 347. 42.

*Payk. Faun. Suec. iii.* 115. 17. *Panz. Ent. Germ.* 273. 29.

*Oliv. iv.* 73. 15. 18. t. 3. f. 30. a. b.

Long. corp. 7 lin.

Habitat in sylvis frequens.

DESCR. Corpus valdè attenuatum, præsertim in mare.

Antennæ corpore sub-breviores, maris nigræ articulis basi parùm testaceis, fœminæ flavæ articulis ad apicem dimidiato nigris. Caput nigrum, in quibusdam fasciâ frontali fulvâ. Thorax niger, in medio utrinque denticulo obsoleto, laterali, angulis posticis acutis. Coleoptra præmorsa, flava, fasciis quatuor nigris; primâ e punctis quinque quorum intermedium commune est, secundâ in medio interruptâ, tertiâ posticâ latâ integrâ, et ultimâ integrâ in apice. Corpus subtus nigrum,

nigrum, sub-pubescent, abdominis foeminae segmentis tribus flavis. Pedes flavi, femoribus posticis apice nigris, tarsisque omnibus nigris fuscisve: tibiae posticae maris post medium internè erosae; scilicet medio crassiores sunt, dente mutico, inde tenuiores evadunt, quasi interior pars recisa fuerit; ante apicem crassescunt dente interiore; apex ipse bispinosus ut in caeteris.

*Variat* fasciâ anteriore integrâ undatâ, et ultimis tribus per marginem exteriorem connexis.

An *Leptura sinuata*? *Fab. Ent. Syst.* i. b. 347. 43.

*Panz. Ent. Germ.* 273. 30.

*aurulenta.* 34. *Lep. nigra*, antennis pedibusque ferrugineis, elytris ferrugineis: fasciis quatuor nigris.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 348. 45. *Panz. Ent. Germ.* 274. 33.

*Oliv.* iv. 73. 18. 21. t. 3. f. 31.

Long. corp. 10 lin.

Habitat ——— Capta prope Barnstaple. *D. Hill.*

DESCR. Antennae ferrugineae. Caput ex piceo nigrum.

Os labio ferrugineo, maxillis nigris. Thorax villis aureis nitidis splendidus, villis autem detractis niger. Elytra apice erosa, punctulata, punctulis numerosissimis confertis, quadrifasciata; fascia ad basin minus saturata; basis ipsa elytrorum suturam versus nigra; fasciae omnes obliquae; ultima apicem occupat. Pectus et sternum nigra. Abdomen nigrum, marginibus incisurarum villis aureis splendidis. Pedes ferruginei, villosi, femoribus basi sordide nigris. Differt a *Lep. 4-fasciatâ*, antennis pedibusque ferrugineis, nec nigris; a *Lep. elongatâ* articulis antennarum unicoloribus, nec minimè quidem apice nigris.

*exclamatio-* 35. *Lep. nigra*, elytris puncto baseos lineâque  
*nis.* mediâ flavis.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 343. 20.

*Oliv.* iv. 73. 29. 39. t. 2. f. 19.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ——— Capta in sylvâ Clarendon dictâ, prope Salisburiam. *D. Lambert.*

DESCR.



NECYDALIS.



*N. minor.*



DESCR. Caput et thorax atra, nitida, immaculata.  
Elytra truncata, nigra, puncto baseos lineolâque me-  
diâ lunatâ flavis. Abdomen argenteo-villosum. Pe-  
des nigri. *Ent. Syst.*

36. Lep. ferruginea glabra, antennis extrorsum *fuscicornis*.  
oculis sternoque nigris.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Lewin.*

DESCR. Antennæ nigrae, basi ferrugineae. Oculi atrii.  
Sternum atrum. Plantæ quatuor anticae nigricantes.  
Per cætera ferruginea est. Caput, thorax et pedes  
rubescent.

37. Lep. nigra tomentosa, elytris puncto macu-*puncto-*  
lâque reniformi flavis. *maculata.*

Long. corp. 5 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Lewin.*

DESCR. Tota nigra, præter elytra, quæ basi punctum  
et medio maculam elongatam subreniformem exhibent.

### 30. NECYDALIS.

*Antennæ* setaceæ, vix filiformes.

*Thorax* angustus, rotundatus.

*Elytra* alis minora (breviora sive angustiora).

*Corpus* oblongum, immarginatum.

*Cauda* simplex.

\* *Elytris* alis abdomineque multo brevioribus.

\*\* *Elytris* subulatis longitudine abdominis.

\* *Elytris alis abdomineque multo brevioribus.*

*minor.*

I. Nec. elytris testaceis apice lineolâ albâ, antennis longioribus.

*Linn. Syst. Nat.* 641. 2. *Faun. Suec.* 837. *Vill.* i. 278. 2. *Scop.* 179. *Faun. Fred.* 22. 220. *Gmel.* 1878. 2.

*Oliv.* iv. 74. 6. 2. t. I. f. 2. a. b. *Mart. Eng. Ent.* t. 23. f. 1.

*Necydalis Ceramboides.* *De Geer,* v. 151. 2.

*Leptura dimidiata.* *Fab. Syst. Ent.* 199. 20. *Sp. Ins.* i. 250. 27. *Mant.* i. 160. 37.

*Molorchus dimidiata.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 357. 3. *Panz. Ent. Germ.* 281. 2. *Payk. Faun. Suec.* iii. 130. 2.

*Panz. Faun. Germ.* 41. t. 21.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in sepibus. *Linn.*

DESCR. Caput nigrum. Thorax oblongus, ater, punctis duobus nitidis, dorsalibus. Elytra grisea, basi angulata, abdomine dimidio breviora, apice dehiscentia inter se, et singula maculâ lineari albâ apice notata. Alæ seminudæ, ut in hemipteris, cruciatæ, nec intra elytra retractæ. Antennæ griseæ, corpore duplo longiores, setaceæ, articulo infimo crasso; secundo minimo; tertio et reliquis oblongis. Pedes grisei. Femora versus apicem valdè crassa, clavata, et in eodem loco ferè globosa. Ex antennis esset *Cerambyx!* ex pedibus *Leptura!* ex elytris *Forficula!* cum *Cerambyce* tamen maximè adfinis, licet externa facie dissimilis. *Faun. Suec.*

*Umbellata-* 2. Nec. elytris testaceis immaculatis, antennis longis.

*rum.*

*Linn. Syst. Nat.* 641. 3. *Vill.* i. 279. 3. *Gmel.* 1878. 3. *Necydalis minima.* *Scop.* 180.

*Oliv.* iv. 74. 7. 3. t. I. f. 3. a. b. *Schæff. Icon.* t. 95. f. 4. *Mart. Eng. Ent.* t. 23. f. 2.

*Leptura Umbellatarum.* *Fab. Syst. Ent.* 199. 21. *Sp. Ins.* i. 250. 28. *Mant.* i. 160. 38.

*Molorchus*

Molorchus Umbellatarum. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 357. 4.  
*Panz. Ent. Germ.* 281. 3. *Payk. Faun. Suec.* iii.  
 131. 3.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillima *Nec. minori*, sed dimidio minor, et  
 absque lineolâ albâ ad apicem. *Syst. Nat.*

Obs. Specimen nostrum *Nec. minorem* magnitudine ex-  
 æquat.

3. *Nec. elytris subulatis nigris ba i flavis.* *humeralis.*

*Fab. Syst. Ent.* 209. 4. *Sp. Ins.* i. 263. 5. *Mant.* i.  
 170. 7. *Ent. Syst.* i. b. 352. 12. *Panz. Ent. Germ.*  
 277. 11. *Vill.* i. 283. 14. *Gmel.* 1880. 18. *Faun.*  
*Etrusc.* 434. *Hellw.* 434.

*Mart. Eng. Ent. t.* 23. f. 7. *Don. Brit. Ins. t.* 358.  
 f. 1.

*Necydalis muralis.* *Forst. Cent.* 48.

*Cantharis humeralis.* *Oliv.* iii. 46. 19. 22. t. 2. f. 22.

La Cantharide à bande jaune. *Geoff.* i. 342. 2.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum. Elytra subulata, nigra, basi  
 flavescentia, absque lineis aut margine elevatis. Pedes  
 simplices nigri. *Syst. Ent.*

\*\* *Elytris subulatis longitudine abdominis.*

4. *Nec. cærulea, femoribus posticis clavatis ar-cærulea.*  
*cuatis.*

*Linn. Syst. Nat.* 642. 4. *Vill.* i. 279. 4. *Gmel.* 1879. 4.  
*Fab. Syst. Ent.* 209. 6. *Sp. Ins.* i. 264. 7. *Mant.* i.  
 170. 2. *Ent. Syst.* i. b. 354. 19. *Panz. Ent. Germ.*  
 279. 21. *Faun. Etrusc.* 433. *Hellw.* 433.

*Mart. Eng. Ent. t.* 23. f. 6. *Schæff. Icon. t.* 94. f. 7.

*Telephorus cæruleus.* *De Geer,* iv. 76. 8.

*Cantharis nobilis.* *Scop.* 146.

La Cantharide verte à grosses cuisses. *Geoff.* i. 342. 3.

*Ædemera cærulea.* Oliv. iii. 50. 13. 16. t. 2. f. 16. a. b.  
Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Tota cærulea, nitidissima. Femora tantum postica incrassata, magna, curva. Tibiæ plantæque omnes nigræ. *Syst. Nat*

Obs. Color apud nos cæruleo-viridis, sive aureo-viridis, potius quam cæruleus. Elytra lineis duabus elevatis.

*ceramboi-* 5. Nec. cæruleo-viridis, femoribus simplicibus.  
*des.* Forst. Cent. 47.

*Mart. Eng. Ent. t. 23. f. 5.*

La Cantharide verte à grosses cuisses, var. N. B.  
*Geoff. i. 342. 3.*

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in floribus umbellatis.

DESCR. Præcedenti simillima, ut ovum ovo, sed femora postica non clavata, aut arcuata. An species distincta? An sexûs differentia?

*lurida.* 6. Nec. cæruleo-lurida, femoribus posticis simplicibus.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Capta prope Dubrem. *D. Lyon.*

DESCR. Maximè affinis *Nec. cæruleæ* et *ceramboidi*, sed differt a priori femoribus simplicibus, nec clavatis, et a posteriori magnitudine quæ minor est, et colore, qui obscurus, et cæruleo-luridus, nec nitens viridisque. Fatendum autem est, quod mas aurato-viridis, sed nitore quo *Nec. ceramboides* gaudet omninò caret.

*Podagra-* 7. Nec. flava, oculis thoracisque lateribus ni-  
*riæ.* gris, elytris fusco-testaceis, femoribus posticis globosis.

*Linn. Syst. Nat. 642. 9. Vill. i. 281. 8. Gmel. 1880. 9.*

*Fab. Ent. Syst. i. b. 354. 20. Panz. Ent. Germ. 279. 22.*

*Payk.*



LAMPYRIS.



*L. Noctiluca.*

*Payk. Faun. Suec.* iii. 134. 4. *Faun. Etrusc.* 432.  
*Hellw.* 432.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

**DESCR.** Antennæ flavescens. Caput flavum, maculâ nigrâ inter oculos. Thorax flavus, marginibus nigris, lineisque tribus abbreviatis, elevatis; quarum media longior, a basi thoracis tendit, duæ laterales breviores, ad apicem sitæ. Elytra fusca, lineis duabus elevatis ut in *Nec. cærulea*. Pedes flavi, apice tibiæ nigræ, femoribus posticis globosis. Abdomen subtus fuscum (exceptis tribus ultimis segmentis flavis) et elytris brevius.

8. *Nec. flava*, oculis thoracisque lateribus nigris, *simplex*.  
elytris fusco-testaceis, femoribus simplicibus.

*Linn. Syst. Nat.* 643. 10. *Vill.* i. 281. 9. *Gmel.* 881. 10.

*Fab. Sp. Ins.* i. 264. 9. *Mant.* i. 171. 14. *Ent.*

*Syst.* i. b. 355. 25. *Panz. Ent. Germ.* 280. 26.

*Don. Brit. Ins. t.* 358. f. 2.

*Necydalis flavescens?* *Payk. Faun. Suec.* iii. 135. 5.

Long. corp.

Habitat ———

**DESCR.** Staturâ, habitu et colore simillima *Nec. Podagrariæ*, sed femoribus posticis simplicibus differt.

An sexûs differentia? An species distincta?

### 31. LAMPYRIS.

*Antennæ* filiformes.

*Thorax* planus, semiorbiculatus, caput subtus occultans, cingensque.

*Elytra* flexilia.

*Abdomen* lateribus plicato-papillois.

*Fœmina* aptera plerisque.

1. *Lam. oblonga* fusca, clypeo cinereo.

*Linn. noctiluca.*

*Linn. Syst. Nat.* 643. 1. *Vill.* i. 284. 7. *Gmel.* 1882. 1.  
*Fab. Syst. Ent.* 200. 1. *Sp. Ins.* i. 251. 1. *Mant.* i.  
 161. 1. *Ent. Syst.* i. b. 98. 1. *Ent. Germ.* 209. 1.  
*Lech. Nov. Spec.* 23. 47. *Payk. Faun. Suec.* ii. 170. 1.  
*Rai.* 78. 15. mas. 79. fem.

*Oliv.* ii. 28. 12. 2. t. 1. f. 2. *De Geer,* i. 31. 1. t. 1.  
 f. 19. 20. *Panz. Faun. Germ.* 41. t. 7.

*Cantharis noctiluca.* *Faun. Suec.* 699. *Poda,* 39. 1.  
*Pontop.* i. 674. 1.

Long. corp. maris 6 lin.

fœm. 8 lin.

Habitat in graminosis æstate.

DESCR. Fœmina elytris et alis caret; constat incisuris undecim; quarum prima est thoracis clypeus incumbens, planus, marginatus, semiovatus, ponè truncatus, sub quo caput minimum. Larva et pupa et insectum perfectum similia; sed larva puncto albo ad latus cujusvis segmenti, quibus caret perfecta. In omni statu puncta duo lucentia sub caudâ; quamdiu vivit, nocte lucet; mortua lumen amittit. In cespite gramineo viridi et succulento diutiùs viva servari potest.  
*Faun. Suec.*

Antennæ fuscæ. Caput et thorax maris ut in fœminâ. Elytra depressa, abdomine longiora, fusca, oculo armato punctis confluentibus subrugosa, lineis tribus longitudinalibus, obsoletè elevatis, pube brevissima adspersa. Corpus subtùs dilutè fuscescens. Pedes breves lividi.

*splendidula.* 2. Lam. oblongiuscula fusca, clypeo supra oculos fenestrato.

*Linn. Syst. Nat.* 644. 3. *Vill.* i. 285. 3. *Gmel.* 1882. 3.  
*Fab. Syst. Ent.* 200. 2. *Sp. Ins.* i. 251. 2. *Mant.* i.  
 161. 2. *Ent. Syst.* i. b. 98. 2. *Panz. Ent. Germ.*  
 209. 2. *Rai.* 58. 15. *Harr.* 138. *Payk. Faun.*  
*Suec.* ii. 171. 2.

*De Geer,* iv. 31. 1. t. 1. f. 19—21. *Panz. Faun. Germ.*  
 41. t. 8. *Schæff. Elem. t.* 74. f. 1. 2. *Oliv.* ii. 28.  
 11. 1. t. 1. f. 1. a—d.

*Cantharis noctiluca.* *Scop.* 118.



Le Ver luisant à femelle sans ailes. *Geoff.* i. 166. 1. t. 2.  
f. 7.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Similis *Lam. noctiluæ*, sed thoracis clypeus  
suprà utrumque oculum hyalinus, et pellucidus, quo  
facile distinguitur. Pedes lurido-ferruginei. Abdo-  
minis segmenta duo postrema lucentia. *Syst. Nat.*

3. *Lam. atra*, antennarum apicibus elytrisque san-*pusilla*.  
guineis.

*Gmel.* 1886. 32.

*Lampyris nigro-rubra.* *De Geer*, iv. 46. 3.

*Pyrochroa minuta.* *Fab. Mant.* i. 163. 6.

*Lycus minutus.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 108. 13. *Panz.*

*Ent. Germ.* 211. 3.

*Oliv.* ii. 29. 11. 13. t. 1. f. 13. *Panz. Faun. Germ.* 41.  
t. 11.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ, apicibus sanguineis, sive  
rufo-flavis. Totum corpus pedesque atra. Thorax  
valdè rugosus. Elytra sanguinea, striis longitudinali-  
bus sex elevatis. Inter strias venæ reticulatæ, elegan-  
tissimæ.

### 32. PYROCHROA.

*Antennæ* filiformes, dentato-pectinatæ.

*Caput* exsertum.

*Thorax* planus, orbiculatus, immarginatus.

*Elytra* flexilia.

*Corpus* oblongum, posticè incrassatum.

1. *Pyr. aterrima*, capite thorace elytrisque san-*rubens*.  
guineis immaculatis.

*Fab.*

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 105. 2. *Gmel.* 1886. 35. *Panz.*

*Ent. Germ.* 210. 2.

*Pyrochroa satrapa.* *Scbrank,* 324. *Vill.* i. 289. 2.

*Pyrochroa coccinea.* *Don. Brit. Ins.* t. 56. f. 1.

*La Cardinale.* *Geoff.* i. 338. 1. t. 6. f. 4.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ dentato-pectinatæ, dentibus longis, crassis. Caput suprâ infrâque rubrum. Thorax, scutellum et elytra lævia, sanguinea. Corpus subtùs aterrimum est.

*coccinea.*

2. *Pyr. aterrima,* thorace elytrisque sanguineis immaculatis.

*Fab. Syst. Ent.* 202. 1. *Sp. Ins.* i. 254. 1. *Mant.* i.

163. 1. *Ent. Syst.* i. b. 104. 1. *Payk. Faun. Suec.* ii.

172. 1. *Gmel.* 1886. 18. *Panz. Ent. Germ.* 210. 1.

*Panz. Faun. Germ.* 13. t. 11.

*Pyrochroa rubra.* *De Geer,* v. 20. 1. t. 1. f. 14.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

DESCR. Magnitudo, statura et habitus omninò præcedentis; at caput et scutellum aterrima alienum esse vehementiùs suadent.

### 33. CANTHARIS.

*Antennæ* filiformes.

*Thorax* marginatus, capite brevior.

*Elytra* flexilia.

*Corpus* oblongum.

*Abdomen* lateribus plicato-papillois.


\* *Capite* declinato, *thorace* depresso.

\*\* *Capite* declinato, *thorace* teretiussculo.

\*\*\* *Capite* prominente, *posticè* attenuato, *thorace* subrotundo.

\* *Capite*

CANTHERIS.



*C. aenea.*



\* *Capite declinato, thorace depresso.*

1. Can. thorace rubro: maculâ nigrâ, elytris fusca. fuscis.

*Linn. Syst. Nat.* 647. 2. *Faun. Suec.* 700. *Vill.* i. 289. 1. *Gmel.* 1890. 2. *Fab. Syst. Ent.* 205. 1. *Sp. Ins.* i. 257. 1. *Mant.* i. 167. 1. *Ent. Syst.* i. a. 213. 1. *Faun. Ingr.* 109. *Payk. Faun. Suec.* i. 258. 1. *Panz. Ent. Germ.* 88. 1. *Schrank,* 325. *Scop.* 120. *Preys. Bob. Ins.* 59. 61. *Faun. Fred.* 15. 144. *Podâ,* 40. 2. *Rai.* 84. 29. et 101. 2. *Goez.* i. 328. 2. *Faun. Etrusc.* 414. *Hellw.* 414. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 295. 2.

*Mart. Eng. Ent. t.* 29. f. 13. 14. *Telephorus fuscus.* *De Geer,* iv. 60. i. t. 2. f. 12. *Oliv.* ii. 26. 6. i. t. 1. f. 1. a. b. c. *Schæff. Elem. t.* 123. f. 1. *Schæff. Icon. t.* 16. f. 10. 11.

*Donacia nigra.* *Panz. Voet.* ii. tb. 126. 3. t. 46. f. 3.

*La Cicindele noire à corcelet maculé.* *Geoff.* i. 170. 1.

Long. corp. 5—6 lin.

Habitat ubique frequens æstate. Sævitur sæpè in propriam speciem.

DESCR. Caput nigrum, planiusculum, infra oculos rufescens. Os minimum, forcipatum, maxillis arcuatis, simplicibus, quibus frusta mordet. Palpi ad maxillas minimi. Antennæ communes, corpore dimidio breviores, filiformes, articulis undecim, fuscae, sed capiti propiùs rufescentes. Thorax a tergo planus, cordatus, marginibus eminentibus, rufescens, exceptâ maculâ magnâ nigrâ, capite contiguâ. Elytra plana, oblongo-lineararia, mollissima, flexilia, sericea, fusconigra. Alæ diaphano-fuscae. Abdomen fuscum, excepto ultimo seu septimo articulo rubicundo, ut et marginibus lateralibus rubris. Hi margines laterales compressi, singulâ incisurâ plicatim incumbente, mollissimi, apicibus incisurarum lateralium mamillaribus. *Faun. Suec.*

2. Can. thorace nigro-piceo: marginibus rubris, obscura. elytris nigris.

*Linn.*

Linn. Syst. Nat. 648. 5. Faun. Suec. 706. Vill. i. 291. 4.  
 Gmel. 1892. 5. Fab. Syst. Ent. 205. 3. Sp. Ins.  
 i. 258. 3. Mant. i. 167. 4. Ent. Syst. i. a. 214. 6.  
 Faun. Ingr. 113. Scop. 121. Schrank, 335. Faun.  
 Fred. 15. 147. Payk. Faun. Suec. i. 262. 7. Panz.  
 Ent. Germ. 89. 4. Faun. Etrusc. 416. Hellw. 416.  
 Illiger. Kugel. Kaf. Preus. 295. 1.

Act. Nidros. iii. 396. 15. t. 6. f. 5.

Telephorus obscurus. Harr. 124.

Schæff. Icon. t. 16. f. 8. Oliv. ii. 26. 8. 3. t. 2. f. 10. a—d.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Os incarnatum. Antennæ pallidæ. Thorax  
 incarnatus, disco atro. Elytra obscure nigricantia.  
 Abdominis segmenta margine flavescentia. Pedes et  
 femora supra nigra, subtus ferruginea. Faun. Suec.

Similis *Can. fusca*, sed duplo minor; abdominis ultima  
 segmenta subtus non rubra, sed nigra, quamvis latera seg-  
 mentorum rufa. Thorax non rufus maculâ mediâ fuscâ,  
 sed niger solis marginibus lateralibus rubris. Syst. Nat.

*ruficollis.*

3. *Can. atra*, thorace abdomineque rufis.

Fab. Syst. Ent. 206. 7. Sp. Ins. i. 259. 11. Mant. i.  
 168. 13. Ent. Syst. i. a. 217. 17. Panz. Ent. Germ.  
 90. 11. Vill. i. 297. 25. Faun. Etrusc. 419. Hellw.  
 419. Gmel. 1894. 30.

De Geer, iv. 72. 5. t. 2. f. 1. ? Mart. Eng. Ent. t. 29.  
 f. 11.

La petite Cicindele noire. Geoff. i. 172. 3.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Summa affinitas *Can. fusca*, at duplo minor.  
 Caput cum antennis serratis atrum. Thorax margi-  
 natus, rufus, immaculatus. Elytra, alæ et pectus atra.  
 Abdomen rufum, pedes nigri. Syst. Ent.

*livida.*

4. *Can. livido-testacea*, elytris obscurioribus.

Linn. Syst. Nat. 647. 3. Faun. Suec. 701. Vill. i.  
 250.

250. 2. *Gmel.* 1892. 3. *Fab. Syst. Ent.* 205. 2.  
*Sp. Ins.* i. 258. 2. *Mant.* i. 167. 2. *Ent. Syst.*  
 i. a. 213. 2. *Ent. Germ.* 89. 2. *Scop.* 122. *Schrank,*  
 326. *Poda,* 40. 2. *Goeze,* i. 529. 3. *Faun.*  
*Fred.* 15. 145. *Faun. Etrusc.* 415. *Hellw.* 414.  
 var.  $\gamma$ . 415. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 296. 3.  
*Faun. Ingr.* 110.

*Mart. Eng. Ent. t.* 29. *f.* 7. *Panz. Faun. Germ.* 57. *t.* 3.  
*Telephorus flavus. De Geer,* iv. 70. 2. *Harr.* 127.

*Oliv.* ii. 26. 7. 2. *t.* 2. *f.* 8. *Schæff. Icon. t.* 16. *f.* 15?

*Donacia lutea. Panz. Voet.* ii. *th.* 125. 1. *t.* 46. *f.* 1.

*La Cicindele à corcelet rouge. Geoff.* i. 171. 2. var. a.

Long. corp. 6 lin.

Habitat passim.

DESCR. Magnitudo, figura et omnia omninò ut in  
*Can. fuscâ*, excepto solo colore elytrorum luteo-pallido,  
 et thorace immaculato. Oculi nigri sunt. *Faun. Suec.*

5. *Can. thorace flavo*: maculâ nigrâ, corpore ni-*testacea*.  
 gro, elytris pedibusque testaceis.

*Linn. Syst. Nat.* 649. 15. *Faun. Suec.* 714. *Vill.* i. 295.

14. *Gmel.* 1893. 15. *Fab. Syst. Ent.* 207. 11. *Sp.*

*Ins.* i. 261. 19. *Mant.* i. 168. 23. *Ent. Syst.* i. a.

220. 33. *Scop.* 123. *Faun. Fred.* 15. 149. *Act.*

*Nidros.* iv. 325. 20. *Payk. Faun. Suec.* i. 265. 11.

*Panz. Ent. Germ.* 92. 20. *Illiger. Kugel. Kaf.*

*Preus.* 300. 8. *Faun. Ingr.* 118.

*Mart. Eng. Ent. t.* 29. *f.* 6.

*Telephorus testaceus. De Geer,* iv. 71. 4.

*Oliv.* ii. 26. 12. 11. *t.* 3. *f.* 19. a. b.

*La Cicindele noire à étuis jaunes. Geoff.* i. 173. 6.  
 var. b.

Long. corp.  $2\frac{3}{4}$  lin.

Habitat in plantis. *Linn.*

DESCR. Antennæ pallidæ. Similis *Can. lividæ*, sed  
 quadruplo minor. *Faun. Suec.*

Femora nigra. Tibiæ flavæ. *Linn. Mss.*

6. *Can.*

*pallida.*6. *Can. nigra*, elytris pedibusque pallido-testaceis.*Fab. Mant.* i. 167. 12. *Ent. Syst.* i. a. 217. 16. *Panz.**Ent. Germ.* 90. 10. *Gmel.* 1893. 29. *Payk. Faun.**Suec.* i. 264. 10. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 301. 9.*Faun. Ingr.* 114.*Telephorus pallidus.* *Oliv.* ii. 26. 14. 14. t. 2. f. 9. a. b.La Cicindele noire à étuis jaunes. *Geoff.* i. 173. 6.

var. a.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.Habitat in floribus *Cratægi Oxyacanthæ*, Maio et Junio.DESCR. Affinis *Can. testaceæ*, a quâ differt thorace toto nigro. Antennarum basis flavicans. Corpus atrum, elongatum, teretiusculum. Elytra pallidè testacea, immaculata. Pedes pallido-testacei.*melanura.*7. *Can. rufo-ferruginea*, elytris testaceis apice nigris.*Linn. Syst. Nat.* 651. 27. *Faun. Suec.* 719. *Vill.* i.300. 35. *Gmel.* 1897. 27. *Fab. Syst. Ent.* 206. 9.*Sp. Ins.* i. 260. 16. *Mant.* i. 168. 19. *Ent. Syst.* i. a.219. 26. *Panz. Ent. Germ.* 91. 14. *Payk. Faun.**Suec.* i. 263. 8. *Faun. Fred.* 16. 153. *Pontop.* i.675. 14. *Faun. Etrusc.* 420. *Hellw.* 420. *Faun.**Ingr.* 115.*Schæff. Icon.* t. 16. f. 14.*Telephorus bimaculatus.* *De Geer*, iv. 71. 3.*Telephorus melanurus.* *Oliv.* ii. 26. 8. 4. t. 3. f. 21.*Donacia lutea* ano nigro. *Panz. Voet.* ii. *tb.* 126. 2.

t. 46. f. 2.

La Cicindele à étuis tachés de noir. *Geoff.* i. 173. 5.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

*Car. angustior leucophthalmus* audivit. At ille Linnæanâ descriptione minimè convenit, quippe elytra manifestissimè striata, tum thorax posticè non angustior quam in cæteris. Quem nos *leucophthalmum* diximus, in omnibus descriptioni *Faun. Suec.* consentaneus, præterquam quod alatus est. Hoc autem signum, ut mox ostendemus, fallax est. Striæ elytrorum obsoletæ, punctatæ, quasi acu tenuissimâ elaboratæ. Thorax posticè elytris simul sumptis ferè duplo angustior est, et lineâ mediâ foveâque utrinque excavatur. Antennarum articulus tertius (ratione a basi habitâ, basi autem ipsâ in numerum receptâ) longissimus.

Sexus alter appendiculo ad basin femorum posticorum spinoso, longitudine ferè dimidii femoris.

*eus.* 2. *Car. apterus*, elytris læviusculis nigris: margine aureo, thorace subviolaceo.

*Linn. Syst. Nat.* 669. 8. *Faun. Suec.* 787. *Vill.* i. 360. 8. *Schrank*, 392. *Gmel.* 1963. 8. *Fab. Syst. Ent.* 236. 2. *Sp. Ins.* i. 299. 3. *Mant.* i. 195. 5. *Ent. Syst.* i. a. 225. 5. *De Geer*, iv. 89. 3. *Payk. Monog.* 3. *Faun. Suec.* i. 100. 3. *Panz. Ent. Germ.* 44. 3. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 148. 9. *Act. Nidros.* iv. 330. 29. *Harr.* 193.

*Don. Brit. Ins. t.* 222. *f.* 1. *Mart. Eng. Ent. t.* 36. *f.* 16. *Oliv.* iii. 35. 19. 10. *t.* 4. *f.* 39. *Panz. Voet.* ii. 80. 30. *t.* 37. *f.* 30. *Bergstræes. Nom.* ii. 16. 14. *t.* 2. *f.* 14. *Panz. Faun. Germ.* 4. *t.* 4.

Le Bupreste azuré. *Geoff.* i. 144. 4.

Long. corp. 13 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum, thoracis elytrorumque marginibus violaceis. Elytra lævia, subtilissimè rugosa, minimè striata. Antennæ nigræ, apice fuscæ. *Oliv.*

*intricatus.* 3. *Car. apterus* violaceo-niger, elytris intricatis elevato-striatis punctulatisque.

*Linn. Faun. Suec.* 780. *Vill.* i. 363. 12.

*Oliv.* iii. 35. 20. 11. *t.* 1. *f.* 11. *t.* 4. *f.* 44.

Carabe azure. *De Geer*, iv. 89. 3.

Long. corp. 1 unc.

Habitat ———

DESCR. Statura et magnitudo omninò *Car. violacei*, at differt thorace magis violaceo, elytris magis rugosis, substriatis, triplicique serie punctorum impressorum. *Oliv.*

4. *Car. apterus viridi-æneus*, elytris obsoletè ru-*bortensis*.  
gosis: punctis excavatis triplici serie.

*Linn. Syst. Nat.* 668. 3. *Faun. Suec.* 783. *Vill.* i. 358. 3. *Gmel.* 1961. 3. *Schrank*, 389. *Fab. Syst. Ent.* 237. 7. *Sp. Ins.* i. 300. 10. *Mant.* i. 196. 16. *Ent. Syst.* i. a. 127. 13. *Payk. Monog.* 7. *Payk. Faun. Suec.* i. 102. 7. *Panz. Ent. Germ.* 46. 9. *Faun. Fred.* 198. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 150. 13. *Faun. Etrusc.* 506. *Hellw.* 506.

*Oliv.* iii. 35. 27. 22. t. 4. f. 33. a. *Schæff. Icon.* t. II. f. 2. *Panz. Voet.* ii. 83. 33. t. 37. f. 33. *Panz. Faun. Germ.* 5. t. 2.

Long. corp. 11 lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis maximè *Car. violaceo*, sed differt colore viridi-æneo, nec violaceo; margines autem thoracis elytrorumque sæpiùs subviolacei; elytra striis tribus punctorum excavatorum, quibus *Car. violaceus* caret.

5. *Car. apterus*, elytris striis tribus punctorum ele-*granulatus*.  
vatorum: lineâ unicâ elevatâ interpositâ.

*Linn. Syst. Nat.* 668. 2. *Faun. Suec.* 781. *Vill.* i. 355. 2. *Gmel.* 1960. 2. *Scop.* 263. *Fab. Syst. Ent.* 238. 14. *Sp. Ins.* i. 301. 17. *Mant.* i. 197. 25. *Ent. Syst.* i. a. 130. 28. *Schrank*, 393. *Payk. Monog.* 9. *Faun. Suec.* i. 104. 9. *Faun. Fred.* 20. 197. *Pontop.* i. 677. 2. *De Geer*, iv. 88. 2. *Panz. Ent. Germ.* 47. 18. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 154. 17. *Faun. Etrusc.* 508. *Hellw.* 508.

*Don. Brit. Ins.* t. 221. f. 3. *Mart. Eng. Ent.* t. 37. f. 30.

*Schæff. Icon. t. 18. f. 6. Oliv. iii. 35. 34. 32. t. 2. f. 13. et f. 20. a. b. Panz. Voet. ii. 81. 31. t. 37. f. 31. Bergstræes. Nom. i. 12. 73. 4. 5. t. 12. f. 4. 5. Le Bupreste gallonné. Geoff. i. 143. 3.*

Long. corp. 10 lin.

Habitat ———

DESCR. Color variat modò æneus, modò violaceus. In singulo elytro, lineæ tres elevatæ, singula inter singulam punctorum elevatorum seriem. Puncta elevata variant ovata, oblonga, aut linearia. Lineæ elevatæ utrinque propter sua latera lineolam obsoletam habent. Geoffroyus primus characterem notavit.

*catenulatus.*

6. Car. apterus, elytris striis tribus punctorum elevatorum lineis ternis elevatis interpositis.

*Scop. 264. Schrank, 390. Vill. i. 363. 14. Panz. Ent. Germ. 45. 5. Gmel. 1968. 89.*

*Oliv. iii. 35. 36. 34. t. 3. f. 29. Panz. Faun. Germ. 4. t. 6. Schæff. Icon. t. 11. f. 2.?*

An Carabus arvensis? *Payk. i. 105. 10.*

Long. corp. 11 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *Car. granulato*, at tres lineæ omnes æquali magnitudine, singulo punctorum elevatorum ordine interpositæ, abundè indicant. Variat colore æneo, viridi-æneo aut violaceo.

*Variat* β lineis ternis elevatis, mediâ majori, lateralibus obsoletiusculis; distinctus tamen a *Car. granulato*, thorace utrinque ad apicem producto, tum magnitudine ferè duplo majori.

*rugulosus.*

7. Car. apterus, thorace æneo, elytris viridibus anticè striatis: apicibus marginibusque rugosis.

Long. corp. 11 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Aspectu primo simillimus *Car. catenulato*, at lineæ duæ punctorum elevatorum solùm distinctæ videntur;

dentur; tum in hoc puncta elongatiora sunt. Lineæ tertia, quarta et quinta dimidiatæ concurrunt.

8. Car. apterus, elytris porcatis: striis passim in-*nitens*.  
terrumpis sulcisque scabriusculis inauratis.

*Linn. Syst. Nat.* 669. 6. *Faun. Suec.* 785. *Vill.* i. 359. 6. *Gmel.* 1963. 6. *Fab. Syst. Ent.* 239. 17. *Sp. Ins.* i. 302. 22. *Mant.* i. 197. 30. *Ent. Syst.* i. a. 131. 30. *Payk. Monog.* 12. *Faun. Suec.* i. 106. 12. *Harr.* 197. *Panz. Ent. Germ.* 48. 20. *De Geer*, iv. 91. 6. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 158. 22. *Don. Brit. Ins. t.* 313. *Mart. Eng. Ent. t.* 36. f. 20. *Oliv.* iii. 35. 38. 38. t. 2. f. 18. *Schæff. Icon. t.* 51. f. 1.

*Buprestis marginatus.* *Panz. Voet.* ii. 87. 41. t. 38. f. 41.

Long. corp. 7—9 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ. Thorax scabriusculus, aureus, anticè posticèque emarginatus. Elytra viridi-aurea, sulcis quatuor rugosis, lineisque tribus elevatis, lævibus, nigris. Margo aureo-*nitens*. Corpus subtùs pedesque nigra. *Oliv.*

\*\* *Thorace posticè truncato integro, elytris æquali.*

9. Car. ater, elytris striatis: posticè utrinque li-*depressus*.  
neolis duabus abbreviatis excavatis.

*Oliv.* iii. 35. 54. 63. t. 4. f. 46.

*Carabus striola.* *Fab. Ent. Syst.* i. a. 146. 95. *Panz. Ent. Germ.* 53. 45.

*Panz. Faun. Germ.* 11. t. 6.

Long. corp. 9 lin.

Habitat ———

DESCR. In omnibus *Car. angustiori* simillimus, præterquam thoracis latitudine. In hoc apex thoracis basin elytrorum exactè æquat. Thorax etiam rugis sive lineis transversis undulatis insignis.

*gibbosus.* 10. Car. ovatus convexus gibbus, elytris crenato-striatis, pedibus antennisque piceis.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ——— Captus in *Rubo fruticoso*, prope Colchester. *D. Curtis.* Propter sepes in agro Dorsetsiensi.

DESCR. Habitus *Tenebrionis*; antennæ autem et femorum appendiculæ verum genus produnt. Corpus obesum, crassum, valdè convexum, adeò ut gibbum videtur. Thorax lævis, rugis hinc inde obsoletis, posticè autem omninò manifestissimis. Elytra striata; striæ punctis impressis, undè crenato-striatæ apparent. Corpus subtùs piceum. Antennæ piceæ.

*ruficornis.* 11. Car. ater, elytris sulcatis lævibus, antennis pedibusque rufis.

*Fab. Syst. Ent.* 241. 27. *Sp. Ins.* i. 305. 35. *Mant.* i. 199. 48. *Ent. Syst.* i. a. 134. 42. *De Geer*, iv. 95. 10. *Harr.* 202. *Payk. Faun. Suec.* i. 158. 78. *Payk. Monog.* 74. *Panz. Ent. Germ.* 50. 28. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 170. 38.

*Mart. Eng. Ent. t.* 36. f. 13. *Oliv.* iii. 35. 56. 67. t. 8. f. 91. *Panz. Faun. Germ.* 30. t. 2.

Le Bupreste noir velouté. *Geoff.* i. 160. 38.

Long. corp. 7 lin.

Habitat in sylvis, in viis.

DESCR. Similis *Car. leucophthalmo* (*qui, noster, scilicet, DEPRESSUS et ANGUSTIOR*) at paulò minor. Elytra interdum colore fugaci-aureo nitent. *Syst. Ent.*

*bicolor.* 12. Car. suprà niger, subtùs ferrugineus.

*Fab. Syst. Ent.* 241. 28. *Sp. Ins.* i. 306. 36. *Mant.* i. 199. 49. *Ent. Syst.* i. a. 151. 117. *Payk. Faun. Suec.* i. 159. 79. *Monog.* 75.

*Oliv.* iii. 35. 57. 67. t. 11. f. 92. 6.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Statura et summa affinitas *Car. ruficornis*, at corpus totum subtùs, cum pedibus et antennis, ferrugineum. Elytra striata. *Syst. Ent.*

13. *Car. ater*, capite thoraceque coleoptra sub-*obscurus*. æquanti glaberrimis nitidis, elytris obscuris striatis.

An *Carabus ambiguus*? *Payk. Monog.* 80.

*Oliv.* iii. 35. 77. 101. t. 12. f. 147.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ subferrugineæ, basi rufæ. Oculi nigri. Caput et thorax glaberrima, nitida. Thorax lineâ mediâ foveisque ad apicem prope latera impressis; porrò elytra simul sumpta subæquat. Elytra obscura striata; in striis 2. 3. 4. et suturâ, puncta aliquot impressa, remota, quasi acu tenuissimâ effecta, irregularitèr posita, sub lente conspicienda sunt. Pedes nigri, nitidi, sed femorum basis, et præcipuè appendix, picea sunt. Totum corpus subtùs nitidum.

14. *Car. niger*, antennis pedibusque rufis, tho-*flavipes*.  
race quadrato, elytris adnato. X

*Payk. Faun. Suec.* i. 112. 20. *Monog.* 21.

*Oliv.* iii. 35. 76. 100. t. 8. f. 86.

*Carabus Cisteloides.* *Panz. Ent. Germ.* 57. 64.

*Panz. Faun. Germ.* II. t. 12.

Le Bupreste noir à pattes brunes. *Geoff.* i. 161. 39.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Similis *Car. melanocephalo*, at duplò aut triplò major. Corpus nigrum, nitidum. Antennæ fusco-rufescentes. Thorax planus, quadratus, canaliculatus, posticè impressus, elytris adnatus. Elytra striis novem lævibus, striâ laterali punctatâ. Pedes rufi.

*Variat* pedibus nigris, antennis fuscis, basi rufis. *Oliv.*

*Obs.* Simillimus *Car. obscuro*, at elytra nitida, nec obscura; pedes sæpiùs rufi quam flavi. \*

*melano-  
cephalus.*

15. Car. thorace pedibusque ferrugineis, capite elytrisque atris.

*Linn. Syst. Nat.* 671. 22. *Faun. Suec.* 795. *Vill.* i. 367. 26. *Fab. Syst. Ent.* 245. 52. *Sp. Ins.* i. 310. 64. *Mant.* i. 202. 19. *Ent. Syst.* i. a. 159. 153. *Panz. Ent. Germ.* 61. 86. *De Geer*, iv. 93. 8. *Payk. Faun. Suec.* 111. 19. *Monog.* 20. *Act. Nidros.* iii. 401. 22. *Harr.* 215. *Faun. Etrusc.* 541. *Hellw.* 541. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 161. 25.

*Mart. Eng. Ent. t.* 37. f. 26. *Oliv.* iii. 35. 91. 124. t. 2. f. 14. a. b. *Schæff. Icon. t.* 237. f. 5. *Panz. Faun. Germ.* 30. t. 19.

Buprestis dorso rubro. *Panz. Voet.* ii. 73. 15. t. 35. f. 15. Le Bupreste noir à corcelet rouge. *Geoff.* i. 162. 42.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat in sylvis. *Linn.*

DESCR. Caput nigrum. Elytra atra, striata. Thorax ruber. Pedes et antennæ omninò unicolores ferrugineæ. *Faun. Suec.*

*vulgaris.*

16. Car. nigro-æneus, pedibus antennisque nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 672. 27. *Faun. Suec.* 799. *Vill.* i. 369. 31. *Gmel.* 1974. 27. *Fab. Syst. Ent.* 244. 42. *Sp. Ins.* i. 308. 52. *Mant.* i. 201. 70. *Ent. Syst.* i. a. 154. 128. *Faun. Fred.* 21. 206. *Poda*, 46. 8. *Act. Nidros.* iv. 402. 24. *Harr.* 210. *Panz. Ent. Germ.* 56. 61. *De Geer*, iv. 97. 14. *Faun. Etrusc.* 515. *Hellw.* 515. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 167. 33.

*Mart. Eng. Ent. t.* 37. f. 28. *Oliv.* iii. 35. 75. 98. t. 4. f. 36.

Carabus ovatus. *Faun. Etrusc. Mant.* 200. *Hellw. Mant.* 200.

Carabus affinis. *Schrank*, 399.

Le Bupreste rosette. *Geoff.* i. 160. 36.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$ —4 lin.

Habitat passim.

DESCR. Nigro-æneus. Thorax atrior, nitidior, punctis duobus concavis, obsoletis. Elytra striata, sed extima

tima



tima stria elytrorum serrata. Thorax posticè latitudinem elytrorum attingit. Variat punctis impressis in elytris, et non impressis. Antennæ ad basin sæpè griseæ; subtùs niger est hic *Carabus*. *Faun. Suec.*

17. Car. alatus æneus, antennis basi tibiisque *communis*.  
rufis.

*Panz. Faun. Germ.* 40. t. 2.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Habitat vulgaris cum antecedenti, cui similis ideoque sæpiùs cum illo confusus, at differt, staturâ minori, antennis basi tibiisque rufis. Variat et pedibus totis rufis. *Panz. Faun. Germ.*

18. Car. æneus, antennis basi rubris. *cupreus*.

*Linn. Syst. Nat.* 672. 29. *Faun. Suec.* 801. *Vill.* i.

370. 33. *Gmel.* 1975. 29. *Fab. Syst. Ent.* 243. 40.

*Sp. Ins.* i. 308. 50. *Mant.* i. 201. 68. *Ent. Syst.*

i. a. 153. 126. *Payk. Monog.* 71. *Faun. Suec.* i.

155. 75. *Harr.* 208. *Faun. Fred.* 21. 206. *Panz.*

*Ent. Germ.* 56. 60. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.*

166. 31.

*Mart. Eng. Ent. t.* 35. f. 2. 3. *Oliv.* iii. 35. 73. 95.

t. 3. f. 25. *Panz. Faun. Germ.* 75. t. 2. *De Geer,*

iv. 97. 13. t. 3. f. 15.

Le Bupreste perroquet. *Geoff.* i. 161. 40.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ubique in viis publicis.

DESCR. Corpus nigrum, capite, thorace, et elytris ænei coloris. Antennarum primus articulus sæpiùs ruber est. *Faun. Suec.*

Obs. Cave ne *Car. cupreum* cum *vulgari* confundas.

Hic dignoscitur striâ ad basin suturæ abbreviatâ obsoletâ; nec manifestâ punctatâ.

19. Car. alatus suprâ æneus, antennis pedibusque *æneus*.  
ferrugineis.

*Fab. Ent. Syst.* i. a. 156. 142.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Vix *Car. cupreo* minor. Caput, thorax, elytraque ænea, nitida. Pedes et antennæ ferruginei. Corpus mox nigrum, mox ferrugineum. *Fab. Ent. Syst.*

*latus.* 20. *Car. niger*, pedibus antennisque rufis.

*Linn. Syst. Nat.* 672. 24. *Vill.* i. 368. 28. *Scbrank*, 397. *Fab. Syst. Ent.* 244. 44. *Sp. Ins.* i. 308. 54. *Mant.* i. 201. 73. *Ent. Syst.* i. a. 154. 129. *De Geer*, iv. 100. 18. *Faun. Fred.* 20. 196. *Act. Nidros.* iii. 402. 23. *Harr.* 212.

*Schæff. Icon. t.* 194. f. 7.

*Carabus Proteus* var. e. *Payk. Monog.* 72. *Faun. Suec.* var. d. i. 163. 73.

Le Bupreste en deuil. *Geoff.* i. 160. 37.?

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum, nitidum. Elytra striata. *Linn. Mss.*

*ferrugineus.* 21. *Car. ferrugineus* totus convexus.

*Fab. Syst. Ent.* 244. 46. *Sp. Ins.* i. 309. 56. *Mant.* i. 201. 76. *Ent. Syst.* i. a. 155. 137. *Gmel.* 1974. 25. *Payk. Monog.* 76. *Faun. Suec.* i. 161. 81. *Panz. Ent. Germ.* 57. 70.

*Schæff. Icon. t.* 137. f. 3. *Oliv.* iii. 35. 80. 107. t. 9. f. 105. a. b. *Panz. Faun. Germ.* 39. t. 9.

*Buprestis luteus.* *Panz. Voet.* ii. 74. 16. t. 35. f. 16.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus ferrugineum. Thorax brevis, anticè excavatus, posticè truncatus, coleoptra magnitudine adæquat. Animal crassum sanè, et quasi obesum.

22. *Car.*

22. Car. niger convexus, antennis plantisque fer-*rufimanus*.  
rugincis.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus et præcipuè anticè convexum, gibbum. Caput et thorax atra, glabra. Thorax lineâ mediâ longitudinali impressâ, valdè obsoletâ, foveolâ posticè utrinque obsoletiusculâ. Elytra striata; striæ punctis carent, attamen unica ad basin suturæ abbreviata sub-punctata est, et obsoletiuscula. Pedes nigri; tarsis plantisque ferrugineis. Antennæ etiam ferrugineæ.

23. Car. niger, elytris obscuris, antennis pedi-*rufangulus*.  
busque ferrugineis, thoracis marginibus rufis.

Long. corp. 5½ lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ, palpi et pedes ferruginei. Caput et thorax nigra, glaberrima, nitida. Elytra obscura, obsoletè striata: striæ punctis carent; oculo bene armato, quodammodò crenatæ sunt. Thoracis margines, præcipuè posticè, rufi.

24. Car. viridis tomentosus punctulatissimus, tho-*nigricornis*.  
race aureo-nitente, elytris obsoletè striatis ob-  
scuris, pedibus piceis.

*Fab. Ent. Syst. i. a. 157. 143. Payk. Monog. 70. ?*

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprâ viride tomentosum. Caput et thorax metalli instar nitentia. Thorax punctula-tissimus, punctulis confertissimis, et quasi confluen-tibus. Elytra obscura, punctulatissima, punctulis con-fertissimis distinctis, striata, striis obsoletiusculis. Pedes picei. Thorax elytris paulò angustior.

\*\*\* *Thorace posticè truncato integro, elytris angustiori.*

*subæqualis.* 25. Car. niger, elytris obsolete striatis, apice thoracis elytra sub-æquanti.

Long. corp. 11 lin.

Habitat ———

DESCR. Fuere qui hunc *Car. leucophthalmum* Linnæi esse voluerunt, sed perperam. Elytra sanè obsolete striata, at thorax posticè non angustior quam in cæteris. Elytra enim simul sumpta ferè æquat. Elytra striata, at puncta nulla in striis conspicienda sunt; exinde a *Car. leucophthalmo* satis distinctus.

*angustior.* 26. Car. ater, elytris striatis, thorace posticè utrinque lineolis duabus abbreviatis excavatis.

*Carabus leucophthalmus.* *Fab. Syst. Ent.* 240. 23. *Sp. Ins.* i. 304. 29. *Mant.* i. 198. 41. *Ent. Syst.* i. a. 132. 36. *Act. Nidros.* iv. 329. 28. *Panz. Ent. Germ.* 49. 23. *Payk. Monog.* 16. *Faun. Suec.* i. 108. 15. *Scop.* 266. *Schrank,* 396. *Faun. Etrusc.* 511. *Hellw.* 511. *Gmel.* 1962. 4.

*Oliv.* iii. 35. 48. 51. t. 1. f. 4. *Schæff. Icon.* t. 18. f. 1. *Panz. Faun. Germ.* 30. t. 1. *Bergstræes. Nom.* i. 9. 13. t. 1. f. 4. *Scriba,* i. 7. 4. t. 1. f. 4.

*Carabus nigro-striatus.* *De Geer,* iv. 96. 12.

*Buprestis niger major.* *Panz. Voet.* ii. 68. 1. t. 33. f. 1. *Le Bupreste tout noir.* *Geoff.* i. 146. 17.

Long. corp. 9½ lin.

Habitat ———

DESCR. Ferè omnes uno ore hunc itidem *Car. leucophthalmum* Linnæi esse conclamaverunt; sed malè, elytra enim profundius nec obsolete striata. Sed quod in hoc singulare, thorax, præter lineam mediam excavatam, duas alias abbreviatis utrinque, sive foveæ duplicis excavationem, exhibet. Thorax etiam ejusdem, ac in cæteris observandum est, latitudinis. Hæc ill. Linnæi oculos nunquam fefellissent. *Pedes atri.*  
*Obs.*

*Obs.* Thorax transversè rugosus, rugis obsolete undulatis; apex thoracis elytrorum basi angustior.

27. Car. niger, thorace posticè utrinque impresso, *madidus*. femoribus rufis.

*Fab. Syst. Ent.* 241. 31. *Sp. Ins.* i. 306. 39. *Mant.* i. 199. 54. *Ent. Syst.* i. a. 135. 48. *Vill.* i. 379. 83. *Payk. Monog.* 15. *Faun. Suec.* i. 107. 14. *Panz. Ent. Germ.* 50. 33. *Faun. Etrusc.* 527. *Hellw.* 527. *Gmel.* 1975. 123.

*Oliv.* iii. 35. 60. 73. t. 5. f. 61.

Le Bupreste paresseux. *Geoff.* i. 159. 34.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

*DESCR.* Corpus atrum, quasi humore inunctum. Antennæ apice fuscæ. Thorax basi puncto majori utrinque excavatus. Abdomen obtusum. *Syst. Ent. Variat* long. corp. 5 lin. et femoribus nigris.

28. Car. ater, thorace glaberrimo coleoptris multò *Terricola*. angustiori, elytris obsolete striatis.

*Payk. Monog.* 17. *Faun. Suec.* i. 109. 16. *Fab. Ent. Syst.* i. a. 135. 49. *Gmel.* 1982. 164.

*Oliv.* iii. 35. 57. 68. t. 11. f. 124. *Herbst. Arch.* 140. 51. t. 29. f. 14.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ——— Captus in cellis vinariis, Ealing, per totam æstatem.

*DESCR.* Antennæ et pedes picei. Caput et thorax glaberrima, nitida. Thorax coleoptris  $\frac{1}{3}$  angustior. Elytra obsolete striata, basi mediâ leviter excavata, sive depressa.

29. Car. totus nigro-piceus, thorace glaberrimo *collaris*. coleoptris multò angustiori, elytris profundiusculè striatis.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

*DESCR.*

DESCR. Staturâ et habitu affinis admodum *Car. Terricolæ*. Vix ovum ovo similis, at duplò minor. Color omninò nigro-piceus. Thorax sub lente transversè rugosus, anticè lineâ impressâ, abbreviatâ, transversâ; porrò aliam lineam mediam longitudinalem, et tertiam ad basin integram transversam exhibet. Thoracis apex elytrorum basi  $\frac{1}{3}$  angustior, marginibus elevatis. Elytra profundè striata, interstitiis convexis, nec, ut in *Carabo Terricolâ*, planis.

*aterrimus.* 30. Car. ater, thorace marginato, elytris striatis: punctis tribus impressis.

*Fab. Ent. Syst. i. a. 156. 141. Payk. Monog. 78.*  
*Faun. Suec. i. 156. 76.*

*Oliv. iii. 35. 58. 69. t. 12. f. 141.*

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus aterrimum, nitidum. Thorax rotundatus, marginatus, margine parùm reflexo, in medio canaliculatus. Elytra striata, punctis duobus in striâ secundâ a suturâ, tertioque anteriori in tertiâ impressis.

*rugimarginatus.* 31. Car. nigro-ferrugineus depressiusculus, elytris striis profundis punctatis, thoracis margine punctato-rugoso.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ et pedes ferruginei. Caput et thorax nigra, sive nigro-ferruginea. Thorax sub-obcordatus, marginatus, et intra marginem punctato-rugosus. Elytra fusco-ferruginea, profundè striata, striâ primâ a suturâ brevissimâ; in omnibus striis puncta impressa. Corpus suprâ planiusculum. Abdomen subtùs nigro-ferrugineum. Thorax ferè coleoptra æquat.

*Variat niger et nigro-ferrugineus.*

*piceus.* 32 Car. niger planiusculus, thoracis disco tumescenti, antennis pedibusque piceis.

*Linn.*

*Linn. Syst. Nat.* 672. 30. *Faun. Suec.* 802. *Vill.* i. 370. 34. *Gmel.* 1975. 30. *Fab. Syst. Ent.* 241. 29. *Sp. Ins.* i. 306. 37. *Mant.* i. 199. 51. *Ent. Syst.* i. a. 135. 46. *Harr.* 205. *Panz. Ent. Germ.* 50. 32. *Oliv.* iii. 35. 58. 70. t. II. f. 123.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Hill.*

DESCR. Corpus nigrum, minimè nitidum. Pedes et antennæ ferè piceæ. Elytra fusco-nigra. *Faun. Suec.*

33. Car. ater nitidus, tibiis plantisque piceo-fer-tibialis. rugineis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ piceo-ferrugineæ, sive piceæ. Caput et thorax atra, lævissima. Thorax convexiusculus, lineâ mediâ longitudinali impressâ, obsoletiusculâ, ad apicem foveolâ utrinque simplici. Elytra striata, striis omnibus integris, nec quod in plerisque accidit, unicâ ad basin suturæ abbreviatâ; striæ punctulis minimis impressis. Pedes nigri, tibiis plantisque piceo-ferrugineis, sive piceis.

34. Car. niger, elytris striatis: striis punctatis, *convexus.* antennis ferrugineis, pedibus piceis.

Long. corp. 6—7 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Caput et thorax nigra, glabra. Thorax convexus, posticè depressus, et punctulis scaber; ad utrumque angulum lineolæ duæ breves, sive foveolæ. Elytra nigra, vel, si paulùm eleventur, picea, profundè striata, striis punctis impressis. Pedes picei.

35. Car. æneo-virens, elytris striatis: interstitiis *dimidiatus.* convexiusculis, pedibus nigris.

*Oliv.*

*Oliv.* iii. 35. 72. 94. t. II. f. 121.

*Carabus Kugelannii.* *Panz. Faun. Germ.* 39. t. 8.

*Carabus Kugelannii.* *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 166. 30.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis admodum *Car. vulgari*, at satis differt thorace coleoptris angustiori, nec æquali. Antennæ nigræ, basi rufâ. Elytra profundiusculè striata; in striis punctula impressa. Hæc autem punctula præ nimiâ interstitiorum (quæ convexiuscula sunt) intumescentiâ, sæpè latent; in striis autem duabus ad basin suturæ abbreviatis, semper conspicienda. Pedes nigri.

*Variat* æneo-virens, et thorace cupreo elytris viridibus.

*pilicornis.* 36. *Car.* thorace rotundato, elytris striatis punctisque impressis, antennis pilosis.

*Fab. Syst. Ent.* 243. 38. *Sp. Ins.* i. 307. 48. *Mant.* i.

200. 65. *Ent. Syst.* i. a. 152. 122. *Payk. Monog.* 47.

*Faun. Suec.* i. 134. 47. *Vill.* i. 380. 85. *Panz.*

*Ent. Germ.* 55. 57. *Gmel.* 1971. 104. *Illiger. Kugel.*

*Kaf. Preus.* 199. 71.

*Panz. Faun. Germ.* II. t. 10. *Oliv.* iii. 35. 67. 85.

t. II. f. 119. *Mart. Eng. Ent.* t. 36. f. 18.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ pilis longioribus hirtæ, ferruginæ, primo articulo æneo. Thorax rotundatus, æneus, posticè uirique impressus. Elytra ænea, striata, punctisque tribus impressis. Pedes rufi, femoribus nigris.

*Variat* colore nigro et æneo.

*cærulescens.* 37. *Car.* nigro-cæruleus, antennis basi rubris.

*Linn. Syst. Nat.* 672. 28. *Faun. Suec.* 800. *Vill.* i.

370. 32. *Gmel.* 1974. 28. *Fab. Syst. Ent.* 243. 39.

*Sp. Ins.* i. 308. 49. *Mant.* i. 200. 66. *Ent. Syst.* i. a.

152. 123. *Faun. Fred.* 21. 207. *Harr.* 207. *Panz.*

*Ent. Germ.* 55. 58. *Faun. Etrusc.* 516. *Hellw.* 516.

*Mart.*



*Mart. Eng. Ent. t. 35. f. 1. Oliv. iii. 35. 68. 86.  
t. 12. f. 132. a. b.*

*Carabus cupreus, var. β. Payk. Monog. 71. Faun. Suec. i.  
155. 75.*

An *Carabus elegans*? *Scop. 269.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat ——— Ex mus. *D. Lyon.*

DESCR. Color totius animalculi a tergo viridi rubroque  
fusco-æneus. Elytra striata, singulis tribus punctis  
longitudinalibus impressis. Femora nigra: tibiæ rufæ.  
Antennæ ad articulos inferiores tribus setis armatæ.  
*Faun. Suec.*

*Variat colore nigro-æneo.*

38. Car. subæneus, elytris punctis longitudinalibus *sexpunctatus*.  
sex impressis. *tus.*

*Linn. Syst. Nat. 672. 35. Faun. Suec. 807. Vill. i.  
372. 39. Schrank, 402. Gmel. 1977. 35. Fab. Syst.  
Ent. 245. 50. Sp. Ins. i. 309. 60. Mant. i. 202. 83.  
Ent. Syst. i. a. 157. 125. Harr. 214. De Geer, iv.  
99. 16. Payk. Monog. 42. Faun. Suec. i. 130. 43.  
Faun. Fred. 21. 210. Panz. Ent. Germ. 59. 76.  
Illiger. Kugel. Kaf. Preus. 195. 76.*

*Oliv. iii. 35. 64. 114. t. 5. f. 50. Panz. Faun. Germ. 30.  
t. 13. Schœff. Icon. t. 66. f. 7.*

Le Bupreste à six points enfoncés. *Geoff. i. 147. 10.*

*Buprestis nitens minor. Panz. Voet. ii. 69. 4. t. 33. f. 4.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax nitent ex viridi-cæruleo. Elytra  
ignei coloris, vel cupii japonici, striis nudis oculis vix  
manifestis, plurimis, margine laterali extremo cyaneo;  
puncta in triangulo sex longitudinaliter, inter secundam  
et tertiam striam a suturâ, impressa. Abdomen e  
fusco nitet. Thorax posticè angustior. *Faun. Suec.*

39. Car. viridi-æneus, elytris punctis quatuor im-8-punctatus.  
pressis.

*Fab.*

*Fab. Supp.* 55. 70.

Long. corp. 5 lin.

Habitat \_\_\_\_\_

DESCR. Corpus parvum, viridi-æneum, antennis nigris. Elytra punctis quatuor secundum suturam impressa. Pedes obscure rufescentes, femoribus nigris. *Fab. Supp.*

*inquisitor.* 40. Car. elytris striatis viridi-æneis: punctis triplici ordine.

*Linn. Syst. Nat.* 669. 11. *Faun. Suec.* 789. *Vill.* i. 361. 10. *Gmel.* 1965. 11. *Fab. Syst. Ent.* 239. 18. *Sp. Ins.* i. 303. 23. *Mant.* i. 197. 31. *Ent. Syst.* i. a. 149. 109. *De Geer*, iv. 94. 9. *Payk. Monog.* 39. *Faun. Suec.* i. 127. 40. *Panz. Ent. Germ.* 54. 50. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 142. 2.

*Oliv.* iii. 35. 40. 40. t. 1. f. 3. *Mart. Eng. Ent.* t. 38. f. 42. *Panz. Voet.* t. 38. f. 39. *Panz. Faun. Germ.* 81. t. 8.

Le Bupreste quarré couleur de bronze antique. *Geoff.* i. 145. 6.

Buprestis Sycophanta minor. *Panz. Voet.* ii. 86. 39. t. 38. f. 39.

Long. corp. 10 lin.

Habitat in sylvis, cursitans per plantas noctu, insecta legens.

DESCR. Corpus suprâ viridi-aureum, subtùs fusco-virescens. Elytra subtilissimè striata, et triplici ordine punctorum obscurissimorum notata. *Faun. Suec.*

*vestitus.* 41. Car. subtùs niger suprâ viridis, elytris striatis sericeis: margine apiceque flavis.

*Fab. Ent. Syst.* i. a. 158. 148. *Payk. Monog.* 44. *Faun. Suec.* i. 132. 45. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 178. 50. *Oliv.* iii. 35. 86. 116. t. 5. f. 49. *Panz. Faun. Germ.* 31. t. 5.

*Carabus marginatus.* *Linn. Syst. Nat.* 670. 16.

Le Bupreste vert à bordure. *Geoff.* i. 162. 41.

Long.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput viridi-æneum, nitidum, ore antennisque pallidis. Thorax æneus, nitidus, lineâ dorsali impressâ, margineque pallido. Elytra striata, viridia, rufo pubescentia, margine pallido. Corpus fuscum. Pedes pallidi. *Ent. Syst.*

42. Car. fuscus, capite thoraceque viridi-æneis, *cinctus*. elytrorum margine pedibusque pallidis.

*Fab. Sp. Ins.* i. 310. 62. *Mant.* i. 202. 85. *Ent. Syst.* i. a. 138. 61. *Gmel.* 1970. 100.

*Oliv.* iii. 35. 87. 118. t. 3. f. 28. *Panz. Faun. Germ.* 30. t. 7. *Herbst. Arch.* t. 29. f. 7. *Mart. Eng. Ent.* t. 38. f. 39.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax viridi-ænea, glabra, nitida. Antennæ palpique pallidæ. Elytra striata, fusca, margine pallido. Corpus fuscum, abdominis margine pallido. Pedes pallidi. *Sp. Ins.*

43. Car. viridis nitens, elytris striatis: punctis tribus impressis, margine tibiisque testaceis. *marginatus.*

*Lin. Faun. Suec.* 804. *Vill.* i. 363. 21. *Fab. Syst. Ent.* 245. 51. *Sp. Ins.* i. 310. 61. *Mant.* i. 202. 84. *Ent. Syst.* i. a. 158. 147. *Payk. Monog.* 43. *Faun. Suec.* i. 131. 44. *Panz. Ent. Germ.* 59. 78. *Gmel.* 1970. 16. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 196. 78.

*Mart. Eng. Ent.* t. 36. f. 19. *Oliv.* iii. 35. 85. 115. t. 9. f. 98. *Panz. Faun. Germ.* 30. t. 14.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Magnitudo et statura omnino *Car. sexpunctati*. Antennæ nigræ, articulo primo rufescente. Caput viride. Thorax rotundatus, canaliculatus, viridis. Elytra striata, viridia, margine tenuissimè testaceo, punctulato,

tulato, punctis tribus discoidalibus, impressis. Corpus subtus nigro-æneum. Tibiæ femorumque basis testacea.  
*Oliv.*

*circulatus.* 44. Car. niger, antennis pedibus elytrorumque margine testaceis.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Captus propter fluvium Usk prope Crickhowell sub lapidibus, et prope Ealing.

DESCR. Corpus parum nitescit. Elytra striata, striæ verum punctis omnino immunes. Pedes et elytrorum margo pallide testacea. Antennæ forsitan paulum saturatiores, sive subferrugineæ; basis autem testacea.

*purpuro-cæruleus.* 45. Car. nigro-cæruleus, elytris striatis abdomine subbrevioribus, antennis palpis pedibusque rufis.

An Carabus sabulicola? *Panz. Faun. Germ.* 30. t. 4.

Long. corp. 6 lin. sed variat magnitudine.

Habitat in agris et ad sepes. Inter umbellulas seminales *Dauci Carotæ* latitabat, prope Maldon com. Essex.

DESCR. Thorax punctatus. Elytra violacea, striata, et inter strias punctulis numerosissimis conspersa.

*azureus.* 46. Car. cyaneus, antennis pedibusque rubris.

*Fab. Syst. Ent.* 244. 43. *Sp. Ins.* i. 308. 53. *Mant.* i. 201. 71. *Ent. Syst.* i. a. 155. 133. *Vill.* i. 380. 86. *Panz. Ent. Germ.* 57. 67. *Faun. Etrusc.* 550. *Hellw.* 550. *Gmel.* 1974. 117.

*Mart. Eng. Ent. t.* 36. f. 15. *Oliv.* iii. 35. 76. 99. t. 12. f. 135.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Elytra striata, margine ante apicem dentato, dente unico; hinc elytra apice erosa esse videntur.

*Variat* pedibus piceis et nigro-piceis.

47. Car.

47. Car. suprâ cyaneus nitidus, subtùs ferrugi-*discolor*.  
neus.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ, thoracis apicem vix attingunt. Caput et thorax cyanea, glaberrima, nitida. Elytra cyanea, margine tenuiter ferrugineo, striata. Totum corpus subtùs ferrugineum.

48. Car. cyaneus, ore antennis pedibusque rufo-*spinibarbis*.  
testaceis, capite lateribus subtùs ciliato.

*Fab. Syst. Ent.* 243. 37. *Sp. Ins.* i. 307. 47. *Mant.* i. 200. 64. *Ent. Syst.* i. a. 137. 55. *Vill.* i. 380. 84. *Panz. Ent. Germ.* 51. 36. *Faun. Etrusc.* 539. *Hellw.* 539. *Gmel.* 1971. 105.

*Oliv.* iii. 35. 67. 84. t. 3. f. 22. a. b. c. *Panz. Faun. Germ.* 30. t. 6.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ, palpi, os et caput subtùs rufa. Oculi prominentes. Palpi capite longiores; et quod singulare est, os subtùs undique pilis cinctum est; quippe genæ tum pectus anticè ciliata. Cilia genarum fortia spinarum instar, pectoris verò setacea omnia, undique ad os convergentia. Caput, thorax et elytra cyanea, sive cæruleo-viridia. Thorax subcordatus. Elytra striata, punctis impressis. Abdomen nigrum. Pedes omnes rufo-testacei.

49. Car. thorace pedibusque ferrugineis, capite *cyano-*  
elytrisque cyaneis. *cephalus*.

*Linn. Syst. Nat.* 671. 21. *Faun. Suec.* 794. *Vill.* i. 366. 25. *Gmel.* 1972. 21. *Fab. Syst. Ent.* 245. 53. *Sp. Ins.* i. 310. 65. *Mant.* i. 203. 90. *Ent. Syst.* i. a. 159. 154. *Panz. Ent. Germ.* 61. 87. *Payk. Monog.* 63. *Faun. Suec.* i. 125. 37. *Faun. Fred.* 21. 204. *Harr.* 216. *Faun. Etrusc.* 540. *Hellw.* 540. *Illiger.* *Kugel. Kaf. Preus.* 206. 92.

*Donov. Brit. Ins. t. 86. f. 1. 2. 3. De Geer, iv. 100.  
17. t. 3. f. 17. Oliv. iii. 35. 92. 125. t. 3. f. 24. a. b. c.  
Mart. Eng. Ent. t. 36. f. 14.*

Le Bupreste bleu à corcelet rouge. *Geoff. i. 149. 16.*

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ, basi ferrugineæ. Caput et elytra viridissima, subtruncata, lata. Thorax, sternum et basis abdominis subtus rubro-ferruginea. Pedes thorace concolores, geniculis tarsisque nigris. Elytra thoracem latitudine longè superant.

*humeralis.* 50. Car. ater, thorace ferrugineo, coleoptris striatis planiusculis obtusissimis margine ferrugineis.

*Payk. Monog. 23. var. β. Faun. Suec. i. 122. 33. var. β.*

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ et pedes ferruginei. Caput niger. Thorax fusco-ferrugineus, ab abdomine remotiusculus. Elytra atra, sive atro-cærulescentia, depresso-planiuscula, profundè striata, apice obtusissima, sive obliquè truncata. Margo exterior ferrugineus. Linea scilicet ferruginea marginem ambit, et ad basin in unci morem interiùs ducta reflectitur.

*littoralis.* 51. Car. thorace nigricanti, elytris obscuris ferrugineis bifasciatis.

*Oliv. iii. 35. 110. 153. t. 9. f. 103. a. b. et t. 14.  
f. 163. c. d. Panz. Faun. Germ. 38. t. 9.*

*Carabus ustulatus var. β. Payk. Monog. 53.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum. Pedes ferruginei. Elytra nigra, posticè unâ alterâve obscurâ fasciâ: non rarò etiam maculâ pallidâ versus basin in exteriori parte elytri. *Faun. Suec.*

52. Car. atro-cæruleus, elytris punctato-striatis *Doris*.  
apice obsolete ferrugineis.

*Panz. Faun. Germ.* 38. t. 9.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nitidum. Elytra striata, punctis excavatis, apice maculâ lunari obsolete ferrugineâ, vix nisi elevatis elytris conspiciendâ. Antennæ nigræ. Pedes rufescentes. Thorax politus, punctis omninò aspersus.

53. Car. atro-cæruleus, pedibus testaceis. *immunis.*

Long. corp.  $2\frac{1}{8}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ, basi testaceæ. Totum corpus atro-cærulescens, nitidiusculum. Elytra striata, striæ ex punctis concinnè impressis. Pedes omninò testacei.

54. Car. subæneus, pedibus rufis, thorace glauco *rufipes*.  
berrimo, elytris integris subtilissimè punctato-striatis.

*Payk. Monog.* 63.

*Oliv.* iii. 35. 112. 158. t. 14. f. 164. a. b.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Similis *Car. bipunctato*, at paulò minor, et elytra absque punctis impressis. Antennæ nigræ. Corpus suprâ æneum, subtùs nigrum. Thorax vix capite latior. Elytra striato-punctata. Pedes fusco-ferruginei, tibiis pallidioribus. *Oliv.*

55. Car. sub-æneus, elytris punctis duobus impressis. *bipunctatus.*

*Linn. Syst. Nat.* 672. 33. *Faun. Suec.* 806. *Vill.* i.

371. 37. *Gmel.* 1977. 33. *Fab. Syst. Ent.* 249. 69.

*Sp. Ins.* i. 313. 86. *Mant.* i. 205. 121. *Ent. Syst.*

i. a. 167. 189. *Payk. Monog.* 62. *Faun. Suec.* i.

148. 66. *Panz. Ent. Germ.* 65. 115. *Faun. Etrusc.*  
561. *Hellw.* 561.

*Oliv.* iii. 35. 112. 157. t. 14. f. 163. a. b.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum, at suprâ sunt caput, thorax et elytra ænea. Elytra notantur punctis duobus impressis: altero anteriùs, altero posteriùs. *Faun. Suec.*

*nitidulus.* 56. Car. nigro-cærulescens nitidus, antennarum basi tibiis tarsisque rufescentibus, elytris punctato-striatis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ, basi rufescenti. Caput et thorax nigra. Elytra nigro-cærulescentia, punctato-striata. Pedes nigri, femorum apicibus, tibiis, tarsisque rufescentibus. Nimis affinis *Car. Doris*, at thorax posticè sub-attenuatus, angulis aliquantulum extantibus.

*pulchellus.* 57. Car. nigro-cærulescens nitidus, pedibus rufescentibus, elytris punctato-striatis.

Long. corp. 1½ lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ omninò nigræ. Thorax ater, glaberrimus, nitidus. Elytra nigro-cærulescentia, striata, striis punctulis impressis. Pedes rufescentes.

Maximè affinis *Car. nitidulo*; sed differt basi antennarum nigrâ, nec rufâ; pedibus omninò rufescentibus, nec femoribus nigris, tibiis plantisque rufescentibus; tum ferè duplo minor est.

*meridianus.* 58. Car. niger, elytris anticè pedibusque testaceis.

*Linn. Syst. Nat.* 673. 36. *Faun. Suec.* 797. *Vill.* i.

373. 40. *Gmel.* 1978. 36. *Fab. Syst. Ent.* 247. 62.

*Sp. Ins.* i. 312. 77. *Mant.* i. 205. 111. *Ent. Syst.*

i, a. 164.



i. a. 164. 177. *Payk. Monog.* 59. *Faun. Suec.* i. 147. 65. *Panz. Ent. Germ.* 63. 101. *Faun. Etrusc.* 554. *Hellw.* 554. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 198. 82. *Oliv.* iii. 35. 106. 148. t. 13. f. 153. a. b.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus nigrum. Antennæ et pedes fusco-ferruginea. Elytra basi albida; sutura longitudinalis testacea. *Faun. Suec.*

59. Car. ferrugineus hispidus, capite thoraceque *echinatus*. obscuris punctatis, elytris striatis: maculâ magnâ nigrâ.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Caput ferrugineum, punctatum, pilosum, lineâ mediâ longitudinali nigrâ. Oculi prominuli. Thorax ferrugineus, punctatus, pilosus, disco obscuro lineâ longitudinali impressâ. Elytra punctato-striata, ferruginea, maculâ magnâ nigrâ, pilis densis erectis adspersa. Pectus et pedes ferruginei. Abdomen nigrum.

60. Car. ferrugineus, thorace glaberrimo obcor-*brunneus*. dato.

Le Bupreste fauve. *Geoff.* i. 162. 43.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus totum ferrugineum. Thorax glaberrimus, politus. Elytra striata. Pedes et antennæ pallidiores. Observandum est quod elytrorum striæ pulcherrimè punctatæ, et thorax egregiè obcordatus.

61. Car. fusco-ferrugineus punctulatus, thorace *punctulatus*. obscuro sub-cordato.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus suprà fusco-ferrugineum, et punctulis conspersum. Elytra striata; inter strias etiam punctula exhibent. Thorax obscuriusculus, sub-obcordatus. Abdomen subtùs et pedes concolores.

*ruficollis.*

62. Car. niger, capite atro nitido, antennis thorace pedibusque rufo-ferrugineis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ. Caput atrum, nitens. Thorax ferrugineus. Elytra nigro-striata. Pedes ferruginei. Abdomen subtùs nigro-rufescens.

An *Car. melanocephalus* var.?

*mollis.*

63. Car. piceo-ferrugineus, pedibus pallidis, thorace sub-æquali.

Long. corp. 3—4 lin.

Habitat in hortis, Ealing.

DESCR. Totum corpus nigro-ferrugineum, nitidum. Antennæ ferrugineæ. Pedes pallidè testacei. Elytra tenuiter striata, molliuscula.

*fulvus.*

64. Car. ferrugineus, pedibus pallidioribus, oculis nigris.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Simillimus *Car. nigricipiti*, at duplò major. Caput etiam ferrugineum, nec nigrum. Pedes variant unicolores et pallidiores.

*inæqualis.*

65. Car. ater, antennis pedibusque rufis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Antennæ et pedes rufi. Caput et thorax atra, glaberrima, nitida. Elytra striata, striis ex punctis impressis, nitidiuscula, nec nitida. Coleoptra latitudine thoracem paulò superant.

66. Car. niger, thoracis lateribus posticè ferrugineis, pedibus pallidis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ, basi ferrugineâ. Caput et thorax atra, nitida. Thorax posticè lateribus ferrugineis. Elytra striata, nigro-picea, marginibus dilutionibus. Pedes testacei, sive pallidi, geniculis nigris.

67. Car. pallidè-ferrugineus, thorace glaberrimo rotundatus, posticè rotundato.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis *Car. brunneo*, sed facilè dignoscitur, thorace subrotundato, neque exactè obcordato. Tum color pallidior. Pedes subtestacei.

68. Car. niger, elytris obscurè piceis striatis: *sordidus*. striis immunibus, elytrorum marginibus pedibusque testaceis.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Hill.*

DESCR. Palpi, antennæ, pedes et margines elytrorum testacei. Caput piceum. Thorax niger, glaber, lineâ mediâ longitudinali impressâ, abbreviatâ, obsoleteusculâ, ad apicem rugoso-punctulatus. Elytra obscuriusculè picea, striata; striæ ne minimè quidem punctis impressis ornantur. Abdomen subtùs nigrum.

69. Car. piceus, thorace punctato, elytris striatis, *foraminulosis*. pedibus ferrugineis.

Long.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax punctatus, punctis plurimis sub-distantibus, et pedibus pallidioribus, ferè testaceis. Elytra punctulata, punctulis numerosissimis, et obsoletiusculè striata; striæ punctis impressis omninò carent. Antennæ et pedes ferruginei.

*pivicolor.* 70. Car. piceus, elytrorum striis punctatis, antennis pedibusque paulò dilutioribus.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. In *Carabis* ritè distinguendis, notæ omnes studiosissimè observandæ sunt; quippe cum numerosi adeo sint *Carabi*, et cum in colorum tenui variatione usque adeo quod tangit idem est, haud mirum est si gradus differentiæ levissimo sæpiùs caractere signatur. In hoc *Carabo* describendo cura summa adhibenda est. Maximè enim affinis *Car. sordido*, magnitudine, colore, staturâ, habitu. Duobus tamen signis facillè dignoscitur. Striæ elytrorum in hoc punctatæ, in *Car. sordido* punctis carent. In hoc thorax lineâ perpetuâ mediâ impressâ, nec abbreviatâ, et posticè lævis, nec punctato-rugulosus, foveolâ utrinque tenuiusculâ. In hoc etiam pedes picei, nec pallidè-testacei.

*rufescens.* 71. Car. thorace rotundato, ferrugineus, vertice anoque nigris.

*Fab. Syst. Ent.* 247. 58. *Sp. Ins.* i. 312. 73. *Mant.* i. 204. 104. *Ent. Syst.* i. a. 162. 169. *Vill.* i. 381. 91. *Payk. Monog.* 35. *Faun. Suec.* i. 123. 35. var.  $\beta$ . *Gmel.* 1976. 126. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 190. 70. *Oliv.* iii. 35. 101. 141. t. 12. f. 146.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Totus ferrugineus, solo vertice capitis anoque nigris. *Syst. Ent.*

72. Car.

72. Car. thorace flavo, elytris obtusissimis fuscis : 4-maculatus.  
maculis duabus albis.

*Linn. Syst. Nat.* 673. 41. *Faun. Suec.* 813. *Vill.* i. 374. 45. *Gmel.* 1979. 41. *Fab. Syst. Ent.* 248. 64. *Sp. Ins.* i. 313. 79. *Mant.* i. 205. 113. *Ent. Syst.* i. a. 165. 180. *Payk. Monog.* 51. *Faun. Suec.* i. 140. 56. *Faun. Etrusc.* 560. *Hellw.* 560. *Panz. Ent. Germ.* 64. 108. *Illiger. Kugel. Kaf. Preus.* 202. 88.

*Pontop.* i. 678. 24. t. 29. *Mart. Eng. Ent. t.* 38. f. 47. *Oliv.* iii. 35. 107. 150. t. 8. f. 89. a. b. c. d.

Le Bupreste quadrille à corcelet plat, brun, et étuis striés.  
*Geoff.* i. 152. 22.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum. Thorax ferrugineus. Elytra obtusissima, et quasi truncata, abdomine breviora; singula basi maculâ lividâ ovatâ, quæ maculæ ex utrisque interdum coeunt; aliâ maculâ in singulo elytro juxta apicem lividâ, ovatâ, interdum undique distinctâ nigredine ipsius coleoptri. Pedes ferruginei, seu pallidi, maculâ fuscâ ad flexuram alæ. Antennæ ferrugineæ. *Faun. Suec.*

73. Car. thorace rotundato posticè attenuato atro, 4-guttatus.  
elytris nigris : punctis quatuor albis.

*Fab. Syst. Ent.* 248. 65. *Sp. Ins.* i. 313. 80. *Mant.* i. 205. 114. *Ent. Syst.* i. a. 165. 181. *Payk. Monog.* 55. *Faun. Suec.* i. 142. 59. *Vill.* i. 381. 93. *Panz. Ent. Germ.* 64. 109. *Faun. Etrusc.* 558. *Hellw.* 558. *Gmel.* 1979. 145.

*Pontop.* i. 678. 26. t. 29. *Mart. Eng. Ent. t.* 38. f. 37. *Oliv.* iii. 35. 108. 151. t. 13. f. 160. a. b. *Panz. Faun. Germ.* 40. t. 5.

Chlorocephalotes mas. *Panz. Voet.* ii. 76. 20. t. 35. f. 20. foem. t. 35. f. 21.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Differt manifestè a *Car. quadrimaculato*. Elytra haud obtusa. Thorax valdè rotundatus, ater. Tibiæ pallidæ.

*puncto-* 74. *Car. niger lævis nitidus, elytris truncatis:*  
*maculatus.* maculis duabus albis.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ et pedes fusco-ferruginææ. Caput et thorax nigra, glabra, nitida. Elytra sub lente obsoletissimè striata. Ad basin elytrorum macula satis magna ovata, alba. Ad apicem suturæ macula minor, sive punctum majusculum; hæc macula intra apicem est, et vix in medium disci procurrat. Differt a *Car. 4-maculato* triplò minor, thorace nigro, nec flavo, maculâ exteriori intra apicem suturæ, nec totum apicem occupanti.

*chalceus.* 75. *Car. æneus, elytris punctato-striatis: inter-*  
*stitiis planis, pedibus rufescentibus.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Affinis admodum *Car. cupreo*, at satis differt, thoracis apice coleoptris angustiori. Color omninò æneus, pedes solummodo ex nigro rufi. Elytra striata, striis punctatis; pars inter striae plana, nec convexiuscula. Antennæ nigræ.

*par.* 76. *Car. niger, antennis pedibusque rufis, thorace*  
*brevi coleoptra sub-æquanti.*

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Animal crassum et obesum. Corpus nigrum. Thorax coleoptra modo non æquat. Pedes rufi. Antennæ rufæ, breves, corpore plusquam dimidio breviores.

77. Car. nigro-piceus nitidus, antennis pedibus-*aquaticus*.  
que rufescentibus.

*Panz. Faun. Germ.* 38. t. 10.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ et pedes rufescentes, sive rufo-ferruginei. Caput, thorax et elytra obsolete striata, præcipuè ad margines exteriores: striæ punctis carent. Animalculum pulchellum.

78. Car. nigro-piceus nitidus, pedibus rufis, ely-*erythropus*.  
tris striatis: striis punctulatis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ piceæ. Caput et thorax nigro-picea, glaberrima, nitida. Elytra profundiusculè striata, in striis punctula plurima conspicienda. Pedes ex piceo rufi. Ne confundas cum *Car. aquatico*, duplò enim major est; tum elytra manifestè nec obsolete striata.

79. Car. ferrugineus, capite nigro, thorace gla-*nigriceps*.  
berrimo sub-obcordato.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ, thorax, elytra et pedes ferruginea. Caput nigrum. Abdomen subtùs nigro-rufescens. Thorax sub-obcordatus, glaberrimus, nitidus. *Variat* thorace ferrugineo, piceo, et nigro.

80. Car. nigro-æneus nitidissimus, elytris sub-*acutus*.  
attenuatis acutis, tibiis pallidis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Præ cæteris ferè omnibus nitidissimus, quasi vernice

vernice obductus. Animal nigro-æneum, tibiæ solùm testaceæ.

*Ephippium.*

81. Car. ater nitidus, coleoptris testaceis : maculâ communi nigrâ, abdomine subtùs nitido.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ et pedes testacei. Caput et thorax aterrima, nitida. Elytra pallidè testacea, nebulâ sive maculâ communi nigrâ. Abdomen atrum, nitidum.

*convexiusculus.*

82. Car. niger convexiusculus, thoracis disco æquali, antennis pedibusque piceis.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ extrorsum crassiores, ferrugineæ. Caput nigrum. Thorax ferrugineus. Elytra ferruginea, ad apicem disco liturâ longitudinali nigrâ obsoletâ inquinato. Pedes et corpus subtus omnino ferruginea. Corpus oblongum, sub-elongatum, nec ut in *Mor. piceâ* ovato-oblongum, crassum. Salit agillimè.

*picea.* 21. Mor. ovato-oblonga picea, thorace saturatori, pedibus dilutioribus, elytris striatis.

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. In hoc animalculo caput semper nigrum. Cæteroquin piceum est. Thorax plerumquè saturator, et pubescit. Pedes cæteris membris dilutiores. Elytra obsoletè striata, et oculo bene armato, per totam superficiem punctulata. Antennæ piceæ. Color etiam thoracis variat, nigro-piceus, piceus et ferrugineus. At in omnibus caput nigrum.

*clavicornis.* 22. Mor. picea tota, antennis clavatis.

*Forst. Cent.* 66.

*Dermestes fornicatus. De Geer, iv.* 216. 9.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus ovato-oblongum. Antennæ fuscae, basi ferrugineæ,

ferrugineæ, clavatæ. Os ferrugineum. Thorax hemisphæricus, major quàm in congeneribus, pilis minutissimis pallentibus consitus. Elytra picea atque pilosa; lineâ obscurâ longitudinali ad suturam. Pedes concolores.

23. Mor. oblongo-ovata nigro-fusca, thorace cicatricato, elytris punctulatis obsoletissimè striatis. *cicatricata.*

Long. corp.  $2\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totum corpus ferè unicolor, at pedes paulò dilutiores. Thorax convexus, cicatricatissimus, cicatricibus tenuissimis longitudinalibus exaratus. Elytra per totam paginam punctulis conspersa, porrò valdè obsoletè striata; striæ punctulis impressis. Habitus *Tenebrionis.*

24. Mor. flava, elytrorum apicibus nigris. *flava.*

*Linn. Syst. Nat.* 682. 6. *Faun. Suec.* 836. *Vill.* i.

407. 6. *Gmel.* 2024. 6. *Fab. Syst. Ent.* 264. 12.

*Sp. Ins.* i. 334. 14. *Mant.* i. 219. 19. *Ent. Syst.* i. b.

115. 13. *Faun. Fred.* 22. 219. *Panz. Ent. Germ.*

213. 11. *Faun. Etrusc.* 604. *Hellw.* 604.

*Panz. Faun. Germ.* 13. t. 14.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput, thorax, antennæ et elytra flava, solis elytrorum apicibus nigris. Abdomen totum atrum. *Faun. Suec.*

## 47. STAPHYLINUS.

*Antennæ* moniliformes.

*Elytra* dimidiata, alas tegentia.

*Corpus* elongatum.

*Cauda* simplex, exserens vesiculas duas oblongas.

\* *Thorace ovato, posticè rotundato, capite paulò angustiori sive subæquali.*

\*\* *Thorace oblongo-elongato, capite petiolato angustiori.*

\*\*\* *Thorace posticè dilatato, capite sessili latiore, abdomine conico.*

\*\*\*\* *Cicindeloidi. Scabri, thorace teretiussculo, capite angustiori, oculis distantibus prominulis.*

---

\* *Thorace ovato, posticè rotundato, capite paulò angustiori sive subæquali.*

*birtus.*

1. *St. hirsutus niger, thorace abdomineque posticè flavis.*

*Linn. Syst. Nat.* 683. 1. *Faun. Suec.* 839. *Vill.* i.

409. 1. *Gmel.* 2025. 1. *Fab. Syst. Ent.* 264. 1.

*Sp. Ins.* i. 334. 1. *Mant.* i. 219. 2. *Ent. Syst.* i. b.

519. 2. *Panz. Ent. Germ.* 351. 1. *Harr.* 410. *Payk.*

*Faun. Suec.* iii. 368. 1.

*Panz. Faun. Germ.* 4. t. 19. *Oliv.* iii. 42. 7. 2. t. 1.

f. 6. *Mart. Eng. Ent.* t. 42. f. 40.

*Staphylinus Bombylius. De Geer,* iv. 20. 5.

*Le Staphylin bourdon. Geoff.* i. 363. 7.

*Long. corp.* 10 lin.

*Habitat* ———

DESCR.



STAPHYLINUS.



*S. erythropterus.*



DESCR. Magnitudo *Bombylii*; totus valdè hirsutus. Caput nigrum. Thorax flavus. Elytra cinerea. Abdomen anticè nigrum, posticè luteum. Pedes nigri etiam hirsuti. *Faun. Suec.*

2. *St. tomentosus niger unicolor.*

*olens.*

*Fab. Mant. i. 219. 4. Ent. Syst. i. b. 520. 6. Vill. i. 424. 66. Payk. Faun. Suec. iii. 371. 5. Monog. 4. Gmel. 2026. 28. Faun. Fred. 23. 228. Faun. Ingr. 356. Ent. Germ. 352. 5. Oliv. iii. 42. 9. 4. t. I. f. I. a—c. Mart. Eng. Ent. t. 41. f. 21.*

*Staphylinus major. De Geer, iv. 18. 3.*

*Le Staphylin noir lisse. Geoff. i. 360. I. t. 7. f. 1.*

Long. corp. 1 unc. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Linnæus hunc *Staphylinum maxillosum* pro-  
vectiori ætate esse censuit; hoc De Geer perstre-  
nuè negat, et speciem esse distinctam affirmat: huic luben-  
ter manus dare volumus; nam *St. olens* apud nos fre-  
quens, *maxillosus* autem rarior; e contra De Geer  
*maxillosum* vulgarem in Sueciâ esse, *olentem* autem  
rarissimum prædicat, adeo ut ne unum quidem cepisse  
dolet.

3. *St. niger immaculatus, capite thoraceque po- similis.*  
*litis.*

*Payk. Monog. 5. Faun. Suec. iii. 371. 6.*

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput thorace latius, nigrum, nitidum. An-  
tennæ filiformes, capite duplò longiores. Thorax  
niger, nitidus, longitudine ferè capitis. Elytra depressa,  
nigra, opaca, thorace longiora. Sternum nigrum.  
Abdomen depressum, nigrum, opacum, elytris triplò  
longius.

*Obs.* Magnitudo dimidia præcedentis, a quo etiam differt capite thoraceque politis, abdomineque, respectu elytrorum, brevior. *Payk. Monog.*

*concolor.* 4. St. ater, thorace glabro marginato, elytris tomentosis.

Long. corp. 9 lin.

Habitat ———

*DESCR.* Antennæ crassiusculæ, articulo-per foliæ, serratæ. Caput et thorax glabra, nitida. Thorax punctulis rarioribus impressis. Elytra tomentosa, minimè nitentia. Abdomen pilosum. Totum corpus atrum, unicolor, exceptis tarsis anticis intus fulvis.

*maxillosus.* 5. St. pubescens niger: fasciis cinereis, maxillis longitudine capitis.

*Linn. Syst. Nat.* 603. 3. *Faun. Suec.* 841. *Vill.* i. 410. 3. *Schrank,* 434. *Gmel.* 2026. 3. *Fab. Syst. Ent.* 265. 3. *Sp. Ins.* i. 334. 3. *Mant.* i. 220. 5. *Ent. Syst.* i. b. 521. 9. *Faun. Fred.* 23. 222. *Faun. Ingr.* 357. *Poda,* 48. 1. *Panz. Ent. Germ.* 353. 8. *Act. Nidros.* iii. 403. 25. *Payk. Monog.* 2. *Faun. Suec.* iii. 369. 2. *Schæff. Icon. t.* 20. f. 1. *Faun. Etrusc.* 607. *Hellw.* 607.

*Don. Brit. Ins. t.* 96. f. 3. *Oliv.* iii. 42. 9. 5. t. 1. f. 5. a. b. *Mart. Eng. Ent. t.* 29. f. 4. 5. *Panz. Faun. Germ.* 27. t. 2.

*Staphylinus balteatus.* *De Geer,* iv. 18. 4. t. 1. f. 7. 8. *Staphylin nebuleux.* *Geoff.* i. 362. 5.

Long. corp. 10 lin.

Habitat ———

*DESCR.* Caput et thorax atra, glabra. Elytra atra (in quibusdam cineritie lævi nebulosa) obtusa. Dorsum abdominis caudæ concolor. Pedes nigri. Os duabus maxillis arcuatis duris, acuminatissimis, simplicibus, capite longioribus. *Faun. Suec.*

6. St.

6. *St. ater*, antennarum basi elytris pedibusque rufis. *erythro-*  
*Linn. Syst. Nat.* 683. 4. *Faun. Suec.* 842. *Vill.* i. 411. 4. *pterus.*  
*Schrank*, 435. *Gmel.* 2027. 4. *Fab. Syst. Ent.* 265. 5.  
*Sp. Ins.* i. 335. 5. *Mant.* i. 220. 8. *Ent. Syst.* i. b.  
 522. 14. *De Geer*, iv. 21. 6. *Faun. Fred.* 23. 223.  
*Faun Ingr.* 358. *Panz. Ent. Germ.* 353. 10. *Harr.* 411.  
*Podá*, 48. 1. *Act. Nidros.* iii. 404. 26. *Payk. Monog.* 3.  
*Faun. Suec.* iii. 369. 3. *Faun. Etrusc.* 609. *Hellw.* 609.  
*Panz. Faun. Germ.* 27. t. 4. *Don. Brit. Ins.* t. 308.  
*Mart. Eng. Ent.* t. 40. f. 8. *Oliv.* iii. 42. 12. 10.  
 t. 2. f. 14. *Frisch.* v. t. 25. *Schæff. Icon.* t. 2. f. 2.  
 Le Staphylin à étuis couleur de rouille. *Geoff.* i. 364. 9.

Long. corp. 9 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax nigra. Abdomen nigrum, mi-  
 cante puncto deaurato in singulo segmento utrinque.  
 Elytra et pedes rufa. Antennæ nigræ, basi et apice  
 rufescentes. *Faun. Suec.*

7. *St. ater*, antennis nigris, elytris pedibusque *stercorarius.*  
 rufis, femoribus anticis basi nigris.

*Oliv.* iii. 42. 18. 18. t. 3. f. 23.

Long. corp. 5 lin.

Habitat ———

DESCR. In omnibus simillimus *St. erythroptero*, sed  
 differt plusquam duplò minor; tum antennis totis ni-  
 gris, femoribusque anticis basi nigris.

*Variat* antennis ferrugineis.

8. *St. pubescens cinereus nigro-nebulosus.* *murinus.*

*Linn. Syst. Nat.* 683. 3. *Faun. Suec.* 840. *Vill.* i. 409. 2.  
*Schrank*, 433. *Gmel.* 2026. 2. *Fab. Syst. Ent.* 265. 2.  
*Sp. Ins.* i. 334. 2. *Mant.* i. 219. 3. *Ent. Syst.* i. b.  
 520. 4. *Faun. Fred.* 23. 221. *Faun. Ingr.* 354.  
*Panz. Ent. Germ.* 352. 3. *Harr.* 415. *Preys. Bob.*  
*Ins.* 18. 12. *Payk. Monog.* 8. *Faun. Suec.* iii. 376. 12.  
*Faun. Etrusc.* 608. *Hellw.* 608.

*De Geer*, iv. 12. 1. t. 1. f. 1. *Schæff. Icon.* t. 4. f. 11.  
*Panz. Faun. Germ.* 66. t. 16. *Oliv.* iii. 42. 15. 14.  
 t. 6. f. 51. a. b. *Mart. Eng. Ent.* t. 41. f. 22.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

DESCR. Insectum inter majores non maximos, numerandum est, oblongum, pubescens, cinereo-æneum, maculis nigris, perlucentibus. Antennæ articulis 9. Caput depressum. Os forcipatum. Thorax angustus. Elytra brevia, capiti et thoraci concolora. Abdomen fuscum, maculis nigris. Cauda duabus setis villosis; abdomine presso, exeunt ad caudam duo cornicula mollia, recurva, alba, pellucida. *Faun. Suec.*

*hybridus.* 9. St. fulvo-aureo-pubescens nigro-nebulosus, abdomine apice nigro, femoribus annulo flavo.

Long. corp. 6½ lin.

Habitat ——— Captus Octobre medio 1799.  
*D. Kirby.*

DESCR. Intermedius inter *St. murinum* et *St. pubescentem*, sed utroque major. Caput thorace majus, pilis fulvo-aureis pubescens, punctis quatuor nigricantibus notatum; ore palpisque rufescentibus. Antennæ capite longiores, nigrae, basi rufæ. Nucha fulvo-aurea, puncto nigro utrinque. Thorax pilis fulvo-aureis pubescens, nigro-tessellatus. Scutellum maculâ cordatâ velutino-atrâ. Elytra certo situ aureo-pubescentia, nigro-nebulosa. Abdomen basi aureo-pubescens, nigro-tessellatum, ano atro. Venter fasciis quatuor sericeo-pallidis. Femora omnia tibiæque anticæ annulo flavo apud apicem.

*pubescens.* 10. St. niger nebulosus, capite femoribusque annulo flavo-ferrugineo, abdomine obtuso.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 520. 5. *Gmel.* 2034. 79. *De Geer*,  
 iv. 17. 2. *Payk. Monog.* 9. *Faun. Suec.* iii. 376. 13.

*Faun. Ingr.* 355. *Panz. Ent. Germ.* 352. 4.

*Oliv.* iii. 42. 16. 15. t. 2. f. 15.

Le Staphylin à tête jaune. *Geoff.* i. 363. 8.

Long.

Long. corp. 6 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput flavo-lanuginosum, latitudine thoracis. Palpi maxillæque nigræ. Antennæ capite duplò longiores, extrorsum crassiores, basi flavæ, apice nigricantes. Thorax capite longior, anticè truncatus, posticè rotundatus, niger, lanugine brevissimâ ferrugineâ, parcius tessellatus. Elytra thorace longiora, nigra, maculis paucioribus, lanuginosis, ferrugineis. Abdomen obtusum, elytris vix duplò longius, dorso nigro, ferrugineo, parùm lanuginoso, subtùs nigrum, lanugine densâ, cinereâ, certo situ micante, tectum. Pedes fuscii, annulo femorali ferrugineo. *Payk. Monog.*

11. *St. ater opacus*, thorace elytrisque cærules-cyaneus-centibus.

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 521. 11. *Payk. Monog.* 7. *Faun. Suec.* iii. 370. 4.

*Oliv.* iii. 42. 14. 13. t. 1. f. 4. *Panz. Faun. Germ.* 27. t. 3. Le Staphylin bleu. *Geoff.* i. 361. 2.

Long. corp. 10 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput thorace latius et thorax lævia, cærulescentia. Corpus atrum. *Ent. Syst.*

12. *St. niger nitidus*, capite thoraceque punctu-punctulatus. latissimis, antennis apice ferrugineis.

*Payk. Monog.* 22. *Faun. Suec.* iii. 380. 17.

*Mart. Eng. Ent.* t. 42. f. 27.

Long. corp.  $6\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ——— Captus prope Harwich.

DESCR. Hic etiam oculo nudo *St. politum* refert. Sed caput et thorax, punctulis numerosissimis ornata, errorem vel a tyronibus arceant. Plantæ sub-ferrugineæ.

*brunnipes.* 13. St. niger, pedibus antennarum basi apiceque ferrugineis.

*Fab. Sp. Ins.* i. 336. 8. *Mant.* i. 220. 12. *Ent. Syst.* i. b. 524. 23. *Vill.* i. 419. 27. *Gmel.* 2028. 33. *Oliv.* iii. 42. 13. *II. t. I. f. 7.* *Mart. Eng. Ent. t. 41. f. 15.*

Long. corp.  $6\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigrae, articulo primo et ultimis duobus ferrugineis. Caput et thorax atra, nitida, oculis albis. Elytra et abdomen atra, at obscuriora. Pedes rufi. *Sp. Ins.*

*rufus.* 14. St. rufus, capite elytrorum abdominisque posticis nigris, femoribus basi nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 684. 6. *Faun. Suec.* 844. *Vill.* i. 412. 6. *Schrank,* 438. *Scop.* 307. *Faun. Ingr.* 367. *Harr.* 416. *Poda,* 49. 4. *Gmel.* 2037. 6. *Payk. Monog.* 10.

*De Geer,* iv. 24. 10. *t. I. f. 11. 12.* *Schæff. Icon. t. 85. f. 3.* *Mart. Eng. Ent. t. 41. f. 25.*

Le Staphylin jaune à tête, étuis et anus noir. *Geoff. i. 370. 22.*

*Oxyporus rufus.* *Fab. Syst. Ent.* 267. 1. *Sp. Ins.* i. 338. 1. *Mant.* i. 222. 1. *Ent. Syst.* i. b. 531. 1. *Panz. Ent. Germ.* 359. 1. *Payk. Faun. Suec.* iii. 425. 1. *Faun. Etrusc.* 624. *Hellw.* 624.

*Panz. Faun. Germ.* 16. *t. 19.* *Oliv.* iii. 43. 4. 1. *t. I. f. 1. a—d.*

Long. corp. 4 lin.

Habitat in *Agaricis.* *D. Lathbury.*

DESCR. Rufa sunt thorax, pedes, abdomen maximâ ex parte, et elytra anticè; nigra vero os, caput, elytra pone et in medio ad suturam, nec non abdominis tria ultima segmenta. Antennæ ferè clavatae. *Faun. Suec.*

15. St.



15. *St. niger obscurus*, antennarum basi apiceque *compressus*. pedibusque compressis rufescentibus.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ——— Captus prope Hastings.

DESCR. Affinis *St. obscuro*, sed articuli duo baseos antennarum, duoque apicis ferruginei, sive rufescentes; intermedii nigri. Pedes rufescentes, femoribus compressis dilatatis. Punctula capitis thoracisque multò minora confertioraque quàm in *St. obscuro*.

16. *St. ater*, thorace nitido punctato, elytris anoque *fulgidus*. rufescentibus.

*Payk. Monog.* 14. *Faun. Suec.* iii. 377. 14. *Panz. Ent. Germ.* 354. 17.

*Oliv.* iii. 42. 18. 19. t. 4. f. 34. a—d.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ extrorsùm crassiores, piceæ, sive obscuriùs rufescentes. Caput et thorax nigra. Thorax nitens, punctis aliquot impressis. Elytra rufo-ferruginea. Abdomen atrum, ano elytris concolori. Pedes obscurè rufescentes, femora autem paulùm dilutiora. Totum corpus pilis aliquot longiusculis conspersum.

17. *St. rufus*, elytris cæruleis, capite abdominis-*riparius*. que apice nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 684. 8. *Faun. Suec.* 846. *Vill.* i. 413. 8. *Schrank*, 441. *Payk. Monog.* 19. *Harr.* 417. *Gmel.* 2038. 9.

*Donov. Brit. Ins.* t. 167. *Mart. Eng. Ent.* t. 41. f. 23. *Schæff. Icon.* t. 71. f. 3.

*De Geer*, iv. 28. 14. t. 1. f. 18.

*Staphylinus gregarius.* *Scop.* 308.

Le Staphylin rouge à tête noir et étuis bleus. *Geoff.* i. 369. 21.

*Pæderus riparius.* *Fab. Syst. Ent.* 268. 1. *Sp. Ins.* i.

339. 1. *Mant.* i. 223. 1. *Ent. Syst.* i. b. 536. 1.

*Panz. Ent. Germ.* 362. 1. *Faun. Ingr.* 373. *Payk.*

*Faun. Suec.* iii. 427. 2. *Faun. Etrusc.* 626. *Hellw.* 626.

*Panz. Faun. Germ.* 9. t. II. *Oliv.* iii. 44. 4. 2. t. I. f. 2. a—d.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Totus incarnatus, sed caput et abdominis tria quatuorve ultima segmenta atra. Elytra tota cærulea. Femora incarnata, geniculis nigris. Antennæ articulis undecim ovalibus, caput versus angustis, excepto ultimo extrorsum angustato; sunt etiam antennæ pallidæ, apice nigræ. Maxillæ acutæ, denticulo laterali interno. *Faun. Suec.*

*politus.*

18. St. niger, thorace elytrisque nigricantibus nitidis.

*Linn. Syst. Nat.* 683. 5. *Faun. Suec.* 843. *Scop.* 304.

*Vill.* i. 412. 5. *Schrank,* 437. *Fab. Syst. Ent.* 266. 7.

*Sp. Ins.* i. 335. 7. *Mant.* i. 220. 11. *Ent. Syst.* i. b.

524. 20. *Gmel.* 2028. 5. *De Geer,* iv. 22. 7. *Faun.*

*Fred.* 23. 224. *Faun. Ingr.* 360. *Poda,* 49. 3. *Act.*

*Nidros.* iii. 404. 27. *Panz. Ent. Germ.* 354. 14.

*Payk. Monog.* 31. *Faun. Suec.* iii. 391. 31. *Faun.*

*Etrusc.* 606. *Hellw.* 606.

*Panz. Faun. Germ.* 27. t. 7. *Oliv.* iii. 42. 25. 31.

t. 2. f. 10.

Le petit Staphylin noir. *Geoff.* i. 361. 3.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax polita. Elytra punctis minutissimis adpersa. Antennæ undecim articulis.

*Variat* colore thoracis et elytrorum: in aliis thorax æneus, et elytra atro-cærulea: in aliis thorax ater, nitidus, et elytra atra.

Differentia specifica essentialis consistit in thorace decem punctis excavatis, sed vix absque lente conspiciendis.

*Faun. Suec.*

*dilatatus.*

19. St. niger nitidus, antennis tibiis plantisque ferrugineis, tarsis anticis dilatatis.

*Fab.*

*Fab. Ent. Syst.* i. b. 522. 22? *Panz. Ent. Germ.* 353. 9?

Long. corp. 4—6½ lin.

Habitat ———

DESCR. Plerique auctores de varietatibus *St. polito*, verba fecerunt, re verâ, duas species confundentis. *St. politus* scilicet antennis nigris, tarsis anticis sub-simplicibus. At *St. dilatatus* antennis, tibiis plantisque ferrugineis. Ex his, tum præcipuè ex anticis tarsis dilatatis, species facillimè eruatur. Fatendum sanè quod habet omnia ferè ut in *St. polito*, et quod adeo similis ut vix nisi oculo aut armato aut per se acutissimo dijudicandus. Thorax punctulis impressis pluribus quam decem nec viginti. Antennæ laxiores, tenuiores, quam in *S. polito*; nec articulis adeo arcetè connexis aut truncatis.

20. *St. ater pilosus*, elytris punctulatissimis tomentosis, capite thoraceque glaberrimis, pedibus piceis. *simplex.*

Long. corp. 2½ lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ. Caput et thorax atra, glaberrima, nitida. Thorax punctis circiter 16 impressis. Elytra nitidiuscula, punctulatissima; ex omni punctulo pilus brevissimus enascitur, unde elytra tomentosa, ut in plurimis accidit. Abdomen nigrum, pilosum. Pedes picei. Ne cum *St. dilatato* confundas, in hoc tarsi antici non dilatati; tum antennæ nigræ, nec ferrugineæ.

21. *St. niger nitidus*, elytris suturâ margineque postico ferrugineis: striis tribus punctorum impressorum. *marginellus.*

*Fab. Sp. Ins.* i. 337. 20. *Mant.* i. 221. 27. *Vill.* i. 420. 34. *Gmel.* 2030. 43.

*Staphylinus cinctus.* *Payk. Monog. Carabi. App.* 35. *Faun. Suec.* iii. 395. 36.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Antennæ filiformes. Totum corpus, præter suturam et marginem posticum elytrorum quæ ferruginea, nigrum est. Caput et thorax nitida, punctulis aliquot impressis. Elytra tres punctulorum impressorum series gerunt; quarum una ad suturam, duæ aliæ in medio sitæ sunt. Pedes nigri.

*leucopus.* 22. St. niger lævis, plantis pallidis.

Long. corp.  $1\frac{1}{3}$  lin.

Habitat ——— Captus propter fluvium Usk prope Llangallock.

DESCR. Nec thorax nec elytra punctata. Corpus præcipuè opacum admodum. Plantæ solummodò pallidæ.

*piceus.* 23. St. niger, elytris piceis, thorace depresso: striis tribus longitudinalibus.

*Linn. Syst. Nat.* 686. 25. *Vill.* i. 418. 25. *Gmel.* 2031. 25. *Fab. Syst. Ent.* 267. 20. *Sp. Ins.* i. 338. 25. *Mant.* i. 220. 35. *Ent. Syst.* i. b. 530. 55. *Panz. Ent. Germ.* 358. 44. *Payk. Monog.* 12. *Faun. Suec.* iii. 384. 22.

*Panz. Faun. Germ.* 27. t. 14. *Oliv.* iii. 42. 20. 23. t. 3. f. 30. a. b.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in stercore bovino.

DESCR. Corpus nigrum. Thorax subrotundus, planus, depressus, in medio striis tribus. Elytra brevissima, truncata, picea. Antennæ longitudine thoracis, obtusæ. Pedes pallidi. *Syst. Nat.*

*rugosus.* 24. St. niger, thorace elytrisque rugosis.

*Fab. Syst. Ent.* 267. 19. *Sp. Ins.* i. 338. 24. *Mant.* i. 220. 34. *Ent. Syst.* i. b. 530. 54. *Panz. Ent. Germ.* 358. 43. *Vill.* i. 420. 35. *Payk. Monog.* 12. var.  $\beta$ . *Faun. Suec.* iii. 384. 22. var.  $\beta$ . *Gmel.* 2031. 47.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR.

DESCR. Valdè affinis *St. piceo*, at paulò major. Totus niger. Caput planum. Thorax depressus, longitudinaliter rugosus. Elytra rugosa, nigra. Pedes nigri. *Variat* elytris testaceis. *Syst. Ent.*

25. *St. rufo-flavus*, capite abdominisque cingulo *canaliculato* ante apicem nigris, thorace posticè *canaliculato*. *tus.*

*Fab. Mant. i. 221. 29. Ent. Syst. i. b. 528. 42. Gmel. 2030. 44. Payk. Monog. 23. Faun. Suec. iii. 385. 23. Panz. Ent. Germ. 356. 32.*

*Panz. Faun. Germ. 27. t. 13. Oliv. iii. 42. 21. 25. t. 3. f. 31. a. b.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput atrum, antennis basi flavis. Thorax gibbus, *canaliculatus*, immaculatus. Abdomen planum, flavum, ante apicem cingulo atro. Pedes flavi. *Fab. Mant.*

26. *St. niger glaber*, thorace longitudinaliter uni-*trilobus*. *sulcato.*

*Oliv. iii. 42. 20. 22. t. 5. f. 48. a. b.*

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput vix thorace latius, nigrum. Antennæ fuscæ, extrorsum crassiores, capite thoraceque longiores. Thorax niger, cordatus, per totam longitudinem profundè *sulcatus*. Elytra thoracis longitudine, sed latiora, nigra, convexa. Sternum nigrum. Abdomen nigrum, longitudine dimidii corporis. Pedes fusi, interdum minùs, interdum magis *flavescentes*. *Payk. Monog.*

27. *St. niger*, thorace cordato profundè *sulcato*, *sulcatus*. *pedibus flavescentibus.*

*Payk. Monog. 24. Faun. Suec. iii. 385. 24.*

*Oliv. iii. 42. 23. 27. t. 6. f. 52. a. b.*

Long.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ fuscae. Thorax cordatus, in medio profundè sulcatus. Corpus elongatum. Pedes flavescens.

*morsitans.* 28. St. niger lævis, thorace longitudinaliter unisulcato elytrorum latitudine.

*Payk. Monog. Cur. App.* 145. 23—24. *Faun. Suec.* iii. 383. 21.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput magnum, nigrum, thorace paulò latius. Maxillæ validæ, exsertæ. Antennæ capite thoraceque breviores. Oculi magni, prominuli. Frons rugosa. Thorax niger, longitudine latior, anticè transversus, posticè paulò rotundatus, minimè vero subcordatus, convexus, glaber, sulculo unico longitudinali, impresso. Elytra nigro-fusca, thoracis latitudine sed paulò breviora, posticè rotundata, dehiscentia, parùm convexa; oculo acutè armato subtilissimè punctata apparent. Sternum nigrum. Abdomen nigrum, vix dimidii corporis longitudine. Pedes nigri, rariùs rufi, vel flavescens.

*Obs.* Differt a *St. sulcato* magnitudine triplò majore, antennis brevioribus, et thorace, ratione magnitudinis, latiore. *Payk. Monog. Cur. App.*

*sericeus.* 29. St. fusco-æneus tomentosus nitidus, antennis tibiis plantisque rufescentibus.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ——— Captus cum jam percurrebat murum antiquum, Ealing.

DESCR. Antennæ et palpi ferruginei. Totum corpus suprâ fusco-æneum, nitidum et tomentosum, quin etiam caput, præcipuè ad os, et thorax pilis longioribus rarioribus ad latera obsitus. Thorax punctulorum impres-

impressorum serie duplici in medio, aliisque præsertim marginalibus, ornatur. Elytra punctulis quinque impressis gaudent; tribus marginalibus, unico medio ad basin, altero medio apicem versus. Tibiæ, plantæ, elytrorum sutura marginesque rufescentes. Corpus subtus et femora nigra.

30. *St. niger*, elytris brevissimis, margine pedibusque rufescentibus. *limbatus*.

*Payk. Monog. Staph. 39. Faun. Suec. iii. 399. 41.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput thorace angustius, nigrum. Antennæ capite thoraceque paulò longiores, basi apiceque rufescentes, extrorsum crassiores, primo ultimoque articulo reliquis longioribus. Thorax fusco-nigrescens, nitidus, convexus, longitudine latior; anticè angulatus, posticè rotundatus. Sternum rufescens. Elytra nigra, margine, præsertim anteriore, rufo-fuscescente; seu rufo-fuscescentia, maculâ magnâ subquadratâ nigrâ. Abdomen reliquo corpore longius, dorso nigro, plano, marginato; subtus convexus, rufescens. Pedes rufi.

*Payk. Monog.*

*Variat* abdomine subtus nigro-fusco.

31. *St. niger*, antennis pedibus elytrorum marginibus suturâque ferrugineis. *suturalis*.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ filiformes, ferrugineæ. Caput et thorax nigra, nitida. Thorax punctulis aliquot impressis. Elytra sub lente punctulatissima, nigra, sive nigro-picea, margine exteriori et suturâ ferrugineis. Abdomen nigrum, sive nigro-piceum. Pedes ferruginei.

*Obs.* Caput et thorax nitida. Elytra et abdomen supra nitidiuscula.

32. *St.*

*mesomeli-*  
*nus.*

32. St. oblongus ater nitidus, elytris piceis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ, filiformes. Caput et thorax nitida. Thorax punctis aliquot impressis. Elytra punctulatissima, picea, sive obscurè ferruginea. Abdomen et pedes atra.

*divisus.*

33. St. niger obscurus, thorace lineâ mediâ impressâ, elytris pedibusque testaceis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ subfiliformes, nigræ, basi testaceæ. Caput et thorax nigra, obscura. Thorax lineolâ mediâ longitudinali impressâ. Elytra, pedes, palpi testacea. Elytra obscura. Abdomen suprâ et totum corpus infrâ nigrum, nitidum.

*concinus.*

34. St. niger nitidiusculus, antennis ore elytris pedibusque ferrugineis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ filiformes, ferrugineæ, breves. Caput et thorax nigra, nitidiuscula. Os, elytra et pedes ferruginei. Abdomen nigrum, nitidiusculum.

Variat elytris basi et apice fuscescentibus.

*brachy-*  
*pterus.*

35. St. niger, thorace depresso anticè truncato posticè rotundato rugoso, elytris brevioribus pedibusque ferrugineis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ subfiliformes, nigræ. Caput nigrum, depressum, subquadratum. Thorax depressus, sulcis longitudinalibus obsoletiusculis rugosus. Palpi, elytra et



et pedes rufo-ferruginea. Elytra valdè brevia, et sub lente punctulatissima. Abdomen nigrum.

36. St. totus ferrugineus nitidus, oculis solùm nigris. *nimulus.*

Long. corp. vix 1 lin. æquat.

Habitat ———

DESCR. Hoc animalculum omninò ferrugineum est, præterquam oculi qui nigri sunt. Antennæ sub-clavatæ.

37. St. glaber æneo-viridis nitidus, abdomine pedibusque nigris. *æneus.*

*Gmel.* 2034. 81. *De Geer*, iv. 23. 9. *Vill.* i. 423. 59.  
Le Staphylin à étuis bronzés. *Geoff.* i. 367. 17.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput, thorax et elytra ænea, nitida: Antennæ, pedes et abdomen nigra.

38. St. ater nitidus, elytris testaceis. *nitidus.*

*Fab. Mant.* i. 220. 13. *Ent. Syst.* i. b. 524. 24. *Payk.*  
*Monog.* 30. *Faun. Suec.* iii. 390. 30. *Faun. Ingr.*  
361. *Panz. Ent. Germ.* 354. 16.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus totum atrum, nitidum, solis elytris testaceis. *Fab. Mant.*

39. St. pubescens nigro-piceus, oculis albis. *leucophthalmus.*

Long. corp. 7 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby.*

DESCR. Antennæ rufo-fuscæ. Caput nigro-piceum, punctulatissimum. Oculi albi. Thorax, elytra et abdomen

domen nigro-picea, punctata, pilis cinereis oblecta. Abdomen segmentis singulis utrinque punctis duobus impressis.

*margina-  
tus.*

40. St. ater, thoracis lateribus pedibusque rufis. *Fab. Syst. Ent.* 266. 8. *Sp. Ins.* i. 336. 9. *Mant.* i. 221. 15. *Ent. Syst.* i. b. 526. 30. *Payk. Monog.* 32. *Faun. Suec.* iii. 392. 32. *Panz. Ent. Germ.* 355. 21. *Faun. Fred.* 23. 230. *Vill.* i. 419. 28. *Gmel.* 2028. 36. *Oliv.* iii. 42. 26. 33. t. 3. f. 29. a. b.

Long. corp.  $3\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Totus ater, glaber, nitens, at thoracis latera et pedes omnes flavescunt. *Fab. Syst. Ent.*

*semiobscu-  
rus.*

41. St. ater, capite thoraceque nitidis, elytris obscuris piceis, antennis pedibusque rufo-ferrugineis.

Long. corp.  $3\frac{1}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax atra, nitida. Thorax posticè rotundatus, punctis aliquot impressis, ut in *St. polito*. Elytra picea, obscura. Abdomen nigrum, obscuriusculum. Antennæ subfiliformes, tenues, ferrugineæ. Pedes una cum patellis, quæ admodum magnæ sunt, ex rufo-ferruginei. Abdomen subtùs nigro-piceum.

*rufitarsis.*

42. St. ater, capite thoraceque nitidis, abdomine obscuriusculo, elytris plantisque ferrugineis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ nigræ. Caput et thorax atra, nitida. Thorax punctis aliquot impressis, ut in *St. polito*. Elytra ferruginea, sub lente punctulatissima apparent. Pedes nigri, plantis ferrugineis.

43. St.

43. *St. niger*, thorace depresso sulcato-rugoso *ricularis*.  
posticè truncato, elytris longioribus, pedibus  
rufo-brunneis.

*Payk. Monog. Staph.* 46. *Faun. Suec.* iii. 407. 50.

*Panz. Ent. Germ.* 356. 37.

*Panz. Faun. Germ.* 27. t. 15. *Oliv.* iii. 42. 35. 49. t. 3.  
f. 27. a. b.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum, thorace angustius, depressum.  
Oculi prominuli. Antennæ extrorsum crassiores, vix  
capitis thoracisque longitudine, basi rufæ, apice nigræ.  
Thorax niger, longitudine latior, quadrisulcatus: sulcis  
exterioribus marginalibus; anticè rotundatus; posticè  
truncatus; intra sulcos medios interdum anticè sulculi  
minores. Sternum nigrum. Elytra depressa, obscure  
picea, subtilissimè punctata, capite thoraceque ferè  
longiora. Abdomen obtusum, depressum, nigrum,  
vix capitis thoracisque longitudine. Pedes rufo-brun-  
nei. *Payk. Monog.*

44. *St. ater nitidus*, femoribus anticis testaceis. *aterrimus*.

Long. corp.  $3\frac{3}{4}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Thorax politus, punctulorum impressorum  
serie duplici in medio aliisque marginalibus ornatur.  
Totum corpus pilosum, et sub lente villosum. Totum  
animal atrum, præter femora anteriora quæ testacea  
sunt.

45. *St. niger*, elytris rufis, thorace depresso: striis *laqueatus*:  
tribus longitudinalibus, pedibus rufis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

In mus. *D. Kirby*.

DESCR. Simillimus *St. piceo* sed angustior. Elytra,  
antennæ et pedes rufa. Corpus nigrum.

*diaphanus.* 46. St. ater nitidus elongatus, elytris testaceis, antennis pedibusque rufis.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ rufæ. Corpus totum atrum, nitidum. Caput et thorax punctulata. Elytra diaphana, testacea. Pedes rufi.

*fasciatus.* 47. St. rufus, capite thorace abdominisque fasciâ nigris.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in *Boleto.*

DESCR. Antennæ rufo-fuscæ, basi rufæ. Caput et thorax nigra, nitida. Elytra rufa, nitida. Abdomen rufum, fasciâ nigrâ prope anum. Pedes rufi.

*sordidus.* 48. St. niger nitidus, elytris pedibusque testaceis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in *Boleto.*

DESCR. Antennæ fuscæ. Caput et thorax nigro-fusca. Elytra sordidè testacea. Abdomen nigrum. Pedes testacei.

*fuscus.* 49. St. fuscus opacus, pedibus piceis.

Long. corp.  $1\frac{1}{4}$  lin.

Habitat in *Boleto.*

DESCR. Corpus totum antennæ etiâ fuscæ. Caput, thorax et elytra pilis brevissimis oblecta. Pedes picei.

*obscurus.* 50. St. ater, elytris obscuris, capite thoraceque punctulatissimis, plantis antennarumque apice ferrugineis.

Long. corp. 7 lin.

Habitat ——— Captus sub lapidibus prope Hastings.

DESCR.

DESCR. Antennarum articuli duo postremi ferruginei. Plantæ rufescentes, sive ferrugineæ. Cætera ater. Elytra obscura. Caput et thorax nitidiuscula, non nitida.

51. *St. testaceus*, capite nigro.

*nigriceps.*

Long. corp. 2 lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum. Antennæ, thorax, elytra pedesque testacea. Abdomen testaceum, at non omninò, quippe segmentum penultimum, et antepenultimum sæpè, nigrescunt. Corpus obscurum, nec nitidum.

\*\* *Thorace oblongo-elongato, capite petiolato angustiori.*

52. *St. niger*, elytris posticè pedibus antennisque *elongatus*. ferrugineis.

*Linn. Syst. Nat.* 685. 14. *Payk. Monog.* 17. *Vill.* i.

415. 14. *Schrank*, 439.

*Mart. Eng. Ent. t.* 40. f. 1.

*Pæderus elongatus. Fab. Syst. Ent.* 268. 2. *Sp. Ins.* i.

339. 3. *Mant.* i. 223. 3. *Ent. Syst.* i. b. 537. 3.

*Faun. Ingr.* 374. *Panz. Ent. Germ.* 362. 4.

*Panz. Faun. Germ.* 9. t. 12.

Long. corp. 4 lin.

Habitat in stercore.

DESCR. Oblongus, glaber. Elytra testacea, anticè tantum nigra. *Syst. Nat.*

*Obs.* Elytra posticè obscurè rufa, nec testacea. Thorax et elytra sub lente punctulis numerosissimis confertis.

Tum femora antica valido nec tenui dente unico, nec inermia.

53. *St. ater* glaber, pedibus rufis, femoribus *an-dentatus*. ticus dentatis.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ——— Captus sub lapidibus, in ascensu montis prope Crickhowell.

DESCR. Affinis maximè *St. elongato*, a quo differt elytris nigris, nec posticè rufis.

An sexûs differentia? An species distincta?

*linearis.*

54. *St. ater elongatus nitidus*, capite thoraceque punctulatis elongatis, antennis pedibusque piceis.

*Oliv.* iii. 42. 19. 21. *t.* 4. *f.* 38. a. b.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Corpus elongatum, lineare. Antennæ piceæ, sive nigro-ferrugineæ. Caput oblongum, punctulis aliquot impressis. Thorax quoque parùm elongatus, punctulis plurimis impressis. Pedes picei, sive nigro-ferruginei. Totum corpus suprâ nitidum. Caput et thorax pilis aliquot longis sed rarioribus obsita.

*tricolor.*

55. *St. elongatus niger*, elytris pedibusque rufis, thorace anticè rubro.

*Fab. Mant.* i. 221. 30. *Payk. Monog.* 15. *Faun. Suec.* iii. 378. 15. *Gmel.* 2030. 45.

*Pæderus tricolor.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 537. 7.

Long. corp. 2 lin.

Habitat in fimetis. *Payk.*

DESCR. Caput oblongum, nigrum, nitidum, punctulatum, thoracis latitudine. Antennæ vix extrorsùm crassiores, capite longiores. Thorax capite paulò brevior, nitidus, anticè truncatus, ruber; posticè subatenuatus, rotundatus, niger. Elytra rufa, longitudine thoracis. Sternum rufescens. Alæ rufescentes. Abdomen dorso nigrum, summo apice subtusque rufescens, elytris triplò longius. Pedes rufi. *Payk. Monog.*

*cruentatus.* 56. *St. elongatus ater*, elytris sanguineis, thorace punctulato.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ——— Captus prope Harwich.

DESCR.

**DESCR.** Totum corpus nitidum, et, præter elytra sanguinea, atrum. Elytra punctulis impressis, præcipuè ad latera, sparsis. Thorax quatuor seriebus punctulorum impressorum; duæ exteriores propter latera ducuntur, et ad basin deflectuntur. Abdomen pilosum, pilis tenuibus divergentibus.

57. St. elongatus rufo-fuscus nitidus, subtùs dilutior, palpis filiformibus. *affinis.*

*Payk. Monog.* 16.

An Staphylinus elegans? *Oliv.* iii. 42. 19. 20. t. 5. f. 50. a. b.

Long. corp. 4 lin.

Habitat ———

**DESCR.** Caput latitudine thoracis, elongatum, declive subpilosum. Oculi nigri, minuti. Nucha magis nigricans, subtùs magis rufescens. Antennæ capite longiores, extrorsum paulò crassiores, rufescentes. Palpi filiformes. Thorax rufo-fuscus, nitidus, subtùs dilutior, convexus, immarginatus, posticè rotundatus, vix capite longior. Elytra rufo-fuscescentia, inangulata, longitudine et latitudine thoracis. Sternum rufum. Abdomen cylindricum, dorso rufo fuscum; subtùs dilutius, longitudine ferè dimidii corporis, latitudine thoracis. Pedes breves, rufi. *Payk. Monog.*

58. St. totus niger lævis, nuchâ longâ, pedibus quadratus. sordidè piceis.

*Payk. Monog.* 21.

*Pæderus filiformis.* *Payk. Faun. Suec.* iii. 429. 4. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 538. 8.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in fimetis.

**DESCR.** Caput latitudine thoracis, nigrum, pilis rarioribus. Antennæ filiformes, articulis subæqualibus, longitudine dimidii corporis. Palpi anteriores clavati; posteriores filiformes. Thorax quadratus, angulis obtusis, niger, nitidus, elytrorum ferè magnitudine.

Elytra nigra, subquadrata. Sternum nigrum. Abdomen nigrum, longitudine thoracis elytrorumque setis longioribus. Femora et tibiæ nigra; tarsi fusciscentes. *Payk. Monog.*

\*\*\* *Thorace posticè dilatato, capite sessili latiore, abdomine conico.*

*subterraneus.*

59. *St. niger*, elytris anticè extrorsum flavis, pedibus nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 684. 12. *Faun. Suec.* 849. *Vill.* i. 414. 12. *Gmel.* 2028. 12. *Payk. Monog.* 52. *Faun. Suec.* iii. 420. 66. *Faun. Etrusc.* 617. *Hellw.* 617. *Oxyporus subterraneus.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 532. 4.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat sæpiùs in cellis subterraneis. *Linn.*

DESCR. Corpus atrum, nitidum. Antennæ filiformes, corpore dimidio breviores. Elytra nigra, truncata, a medietate anteriore, sed latere exteriori, maculâ magnâ flavescente. Thorax lævis, convexus. Abdomen glabrum, elytris duplò longius, apice setis duabus parvis subulatis. *Faun. Suec.*

*rufipes.*

60. *St. ater* glaber, pedibus rufis.

*Linn. Syst. Nat.* 685. 24. *Faun. Suec.* 858. *Vill.* i. 418. 24. *Gmel.* 2030. 24. *Fab. Syst. Ent.* 267. 17. *Sp. Ins.* i. 337. 22. *Mant.* i. 222 31. *Faun. Fred.* 23. 227. *Faun. Ingr.* 372. *Payk. Monog.* 53. *Faun. Suec.* iii. 418. 65. *Act. Nidros.* iii. 405. 29. *Faun. Etrusc.* 618. *Hellw.* 618.

*De Geer*, iv. 24. 11. t. 1. f. 14. *Oliv.* iii. 42. 32. 46. t. 4. f. 35. a—d.

Le Staphylin noir à corcelet lisse et bordé. *Geoff.* i. 367. 15.

*Oxyporus rufipes.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 535. 21. *Panz. Ent. Germ.* 361. 16.

*Panz. Faun. Germ.* 27. t. 20.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat —————

DESCR.



DESCR. Totus ater, glaber, exceptis pedibus rufis. Nec thorax, nec elytra punctata. Os flavescens. Caput et antennæ nigræ. Abdomen glabrum a tergo.

61. St. niger glaberrimus, thoracis marginibus *cinctus*. omnibus elytris pedibusque fusco-castaneis.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in *Boletis*.

DESCR. Corpus subovatum. Antennæ nigræ, basi castaneæ. Thorax niger, nitidus, ab omni latere ferrugineo, sive castaneo cinctus. Caput nigrum, nitidum. Caput et thorax oculo benè armato punctulatissima. Elytra fusco-castanea, nitidiuscula, sub lente punctulatissima, et plusquam dimidium abdominis tegunt. Abdomen nigrum, ad margines et præcipuè posticè pilis rarioribus obsitum. Pedes ferruginei, sive castanei.

62. St. niger glaberrimus nitidus, thoracis elythro-*laevigatus*. rumque marginibus pedibusque ferrugineis.

Long. corp. 2 lin.

Habitat ——— In mus. *D. Lathbury*.

DESCR. Antennæ nigræ, basi ferrugineæ. Caput nigrum, nitidum. Thorax niger, nitidus, lateribus ferrugineis. Elytra nigra, nitida, marginibus exterioribus et posticis ferrugineis. Abdomen nigrum, nitidum. Pedes ex piceo ferruginei.

63. St. niger, thorace elytris pedibusque subtestaceis. *chrysome-*

*linus*.  
Linn. Syst. Nat. 685. 21. Faun. Suec. 855. Vill. i. 417. 21. Schrank, 448. Fab. Syst. Ent. 267. 16. Sp. Ins. i. 337. 21. Mant. i. 221. 28. Faun. Etrusc. 616. Hellw. 616. Faun. Ingr. 371. Act. Nidros. iii. 405. 28. Gmel. 2030. 21.

Oliv. iii. 42. 33. 47. t. 3. f. 22. a. b. Mart. Eng. Ent. t. 42. f. 37.

Staphylinus dispar. Payk. Monog. 54. Faun. Suec. iii. 423. 69.

Le Staphylin couleur de paille. *Geoff.* i. 368. 18.

*Oxyporus chrysomelinus.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 534. 15.

*Panz. Ent. Germ.* 360. 12.

*Panz. Faun. Germ.* 9. t. 14.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum. Thorax glaber, convexus, suprâ et subtùs cereus, sive pallidè testaceus. Elytra thorace concolora, sed anticè et ad marginem exteriorem nigricantia, posticè omninò, eodem quo thorax colore et glabritie. Pedes magis saturatè ferruginei. Abdomen nigrum, pone elytra pilis hispidum. Facies *Chrysomelæ*, sed elytra brevia et abdomen pilosum. *Faun. Suec.*

*nitidulus.* 64. *St. niger*, thoracis lateribus pedibus elytrisque ferrugineis; elytris nigro marginatis.

*Fab. Sp. Ins.* i. 337. 27. *Mant.* i. 221. 24. *Vill.* i. 420. 31. *Gmel.* 2030. 41.

*Oliv.* iii. 42. 34. 48. t. 3. f. 28. a. b.

*Staphylinus dispar* var.  $\beta$ . *Payk. Monog. Staph.* 54. *Faun. Suec.* iii. 423. 69.

Le Staphylin noir à taches jaunes. *Geoff.* i. 369. 20.

Long. corp.  $1\frac{2}{3}$  lin.

Habitat ——— Captus in arvis prope Harwich.

DESCR. Totum corpus nitidum. Figura *St. melanuri*, obovata. Abdomen pilosum, ut in *St. silphoide*, nigrum. Pedes ferruginei. Thoracis latera posticè ferruginea. Margo exterior elytrorum niger. Antennæ basi ferrugineæ, apicem versus crassiores, nigricantes.

*obtusus.* 65. *St. testaceus*, elytris anticè anoque nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 684. 9. *Schrank*, 451. *Vill.* i. 414. 19.

*Gmel.* 2028. 9. *Fab. Syst. Ent.* 266. 10. *Sp. Ins.* i. 336. 11. *Mant.* i. 221. 17. *Faun. Etrusc.* 621. *Hellw.* 621.

*Staphylinus dispar.* var.  $\gamma$ . *Payk. Monog.* 54. *Faun. Suec.* iii. 423. 69.

Oxyporus

*Oxyporus analis.* *Fab. Ent. Syst.* i. b. 553. 10.

Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Pectus inter femora posteriora fuscum. *Syst. Nat.*

66. *St. niger*, thoracis lateribus pedibusque lividis, *silphoides.*  
elytris lividis: margine maculâque longitudinali  
nigris.

*Linn. Syst. Nat.* 684. II. *Vill.* i. 414. II. *Gmel.* 2028. II.

*Staphylinus dispar* var.  $\zeta$ . *Payk. Monog. Staph.* 54.  
var.  $\epsilon$ . *Faun. Suec.* iii. 423. 69.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Similis *St. obtuso*, etiam abdomine piloso.  
*Syst. Nat.*

67. *St. flavus* totus.

*caraboides.*

*Linn. Syst. Nat.* 685. 20. *Faun. Suec.* 854. *Vill.* i.

417. 20. *Sebrank*, 443. *Fab. Syst. Ent.* 267. 18.

*Sp. Ins.* i. 337. 23. *Mant.* i. 222. 33. *Ent. Syst.* i. b.

530. 53. *Faun. Ingr.* 366. *Payk. Monog.* II. *Faun.*

*Suec.* iii. 386. 25. *Gmel.* 2029. 20. *Panz. Ent. Germ.*

358. 42.

*Oliv.* iii. 42. 22. 26. *t.* 2. *f.* 17. a. b.

*Staphylinus fulvus.* *De Geer*, iv. 25. 12.

Long. corp. 1 lin.

Habitat in plantis et stercore.

DESCR. Totus ejusdem coloris, seu dilutè testaceus, aut  
flavescens excepto abdomine, a tergo pone elytra, paulò  
magis fusco, seu obscuro. Antennæ longiusculæ sunt,  
et facies ferè *Carabi*. Duas setas in caudâ nondùm vidi.  
*Faun. Suec.*

68. *St. ater*, thorace elytris pedibusque rufis. *merdarius.*

*Fab. Syst. Ent.* 266. 14. *Sp. Ins.* i. 337. 18. *Mant.* i.

221. 25. *Vill.* i. 420. 32.

*Oliv.* iii. 42. 29. 39. *t.* 5. *f.* 45.

Long.

Long. corp. 1 lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ ferrugineæ, apice fuscæ. Caput atrum. Thorax rufus. Scutellum nigrum. Elytra rufa. Abdomen nigrum. *Syst. Ent.*

*conicus.*

69. St. niger, elytris piceo-ferrugineis, abdomine conico acuto.

*Vill. i. 425. 72.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ, elytra et pedes piceo-ferruginei, sive ferruginei. Caput et thorax nigra, glabra, nitida. Abdomen nigrum, posticè attenuatum, acutum. Certâ lucis incidentiâ, caput, thorax et elytra tomentosa apparent.

*analis.*

70. St. ater nitidus, elytris ano pedibusque rufo-flavescentibus.

*Fab. Mant. i. 221. 19. Ent. Syst. i. b. 526. 35. Gmel. 2029. 38. Payk. Monog. 34. Faun. Suec. iii. 394. 34. Panz. Ent. Germ. 355. 25.*

*Oliv. iii. 42. 28. 38. t. 3. f. 24. a. b.*

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput et thorax atra, nitida, immaculata. Elytra lævia, nitida, testacea, immaculata. Abdomen atrum, ano testaceo. Antennæ et pedes testacei. *Fab. Mant.*

*atricapillus.* 71. St. rufus, capite ano sterno elytrisque medio nigris.

*Fab. Syst. Ent. 267. 15. Sp. Ins. i. 337. 20. Mant. i. 221. 25. Ent. Syst. i. b. 527. 40. Payk. Monog. 35. Faun. Suec. iii. 414. 60. Vill. i. 420. 33. Gmel. 2030. 42.*

*Oliv.*

*Oliv.* iii. 42. 29. 40. *t.* 4. *f.* 39. a. b.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ extrorsùm crassiores, apice fuscæ, ultimo articulo ferrugineo. Caput atrum, nitidum. Thorax rufus, glaber, immaculatus. Elytra fusca, puncto baseos margineque postico albis. Abdomen ferrugineum, apice fuscum. *Syst. Ent.*

72. *St. rufus*, capite abdominis elytrorumque posticis nigris, femoribus totis rufis. *lunulatus.*

*Linn. Syst. Nat.* 684. 7. *Faun. Suec.* 845. *Vill.* i. 413. 7. *Gmel.* 2037. 7. *Faun. Fred.* 23. 225. *Faun. Ingr.* 369. *Payk. Monog.* 41. *Faun. Suec.* iii. 415. 61.

*Oxyporus lunulatus.* *Fab. Syst. Ent.* 268. 2. *Sp. Ins.* i. 338. 2. *Mant.* i. 219. 2. *Ent. Syst.* i. b. 532. 3. *Panz. Ent. Germ.* 359. 3.

*Panz. Faun. Germ.* 22. *t.* 15.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

DESCR. Similis *St. rufo*, sed dimidio minor, nec femora basi nigra. *Faun. Suec.*

73. *St. testaceus*. capite atro, thorace rotundato. *melano-*  
*Payk. Monog.* 42. *Faun. Suec.* iii. 4 6. 63. *Gmel.* 2031. *cephalus.*  
46. *Fab. Ent. Syst.* i. b. 529. 49.

Long. corp. 3 lin.

Habitat in *Boletis*.

DESCR. Caput nigrum, nitidum, thorace paulò angustius. Antennæ testaceæ, extrorsùm crassiores, capite thoraceque longiores. Thorax testaceus, rotundatus, parùm convexus. Elytra testacea, thorace paulò longiora, et latiora. Sternum rufo-testaceum. Abdomen testaceum, longitudine vix dimidii corporis, versus apicem, non tamen in ipso apice fuscens, dorso depresso, marginato. Pedes testacei. *Payk.*

74. *St.*

*brunneus.*

74. St. rufo-brunneus, capite elytris posticè abdomineque apice nigris.

*Payk. Monog.* 45. *Faun. Suec.* iii. 404. 47. *Fab. Supp. Ent.* 180. 44.Long. corp.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Caput nigrum, thorace angustius. Oculi prominuli. Antennæ rufo-brunneæ, extrorsum crassiores, capitis thoracisque longitudine. Thorax rufo-brunneus, longitudine lator, subtilissimè punctatus, submarginatus, anticè rotundatus, posticè ferè truncatus. Elytra longitudine ferè capitis thoracisque, subtilissimè striatopunctata; apice rotundata, anticè ultra dimidiam partem rufo-brunnea, posticè nigra. Scutellum nullum. Sternum brunneum. Abdomen longitudine capitis thoracisque, basi rufo-brunneum, apice nigrum. Pedes rufi. *Payk. Monog.*

*splendens.*

75. St. ater nitidus, elytris ano pedibusque rufis, thorace posticè latiori truncato.

Long. corp.  $2\frac{1}{2}$  lin.

Habitat ———

DESCR. Antennæ clavatæ, nigræ, basi tenues, testaceæ. Caput thorace duplò angustius, nitidum. Thorax anticè angustus, posticè dilatatus, truncatus, nitidus. Elytra nitida, rufa. Abdomen nigrum, nitidum, ano ferrugineo. Pedes ex ferrugineo testacei.

*latus.*

76. St. ater nitidus, thoracis lateribus posticè rufis, elytris rufis: marginibus latis nigris.

Long. corp. 3 lin.

Habitat ———

Ex mus. *D. Kirby.*

